

38

1

2

3

4

5

0

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

Nr.	Præfides	
1	Stryk	De jure Papali Principum evangelicorum.
2	Stryk	- jure Principis extra territorium.
3	Thomafius	- iniuititate broard. Quæ sunt in territorio.
4	Cocceji	- fundata in territorio & plurimum locorum concurrente potestate.
5	Pauli	- natus legi p[ro]p[ri]etatis eius Territorium.
6	Thomafius	- jure dande. civitatis statuum Imperii.
7	Thomafius	- statum fmp. potestate legislatoria.
8	Cannach	- regali eudeneli monetam.
9	de Hopffgarten	- vectigalium jure in Imperio.
10	Stryk	- jure Principis aero.
11	Stryk	- jure Principis subterraneo.
12	Toechtel	- regali fodendi nitrum.
13	Hoffmeister	- jure dispensandi.
14	Griebner	- jure legitimandi Comitum Palatinorum.
15	otto	- Comitibus Palatii.
16	Ohrandt	- regalium jure.
17	Syrer	- jure occupandi bona vacantia.
18	Cocceji	- bonis vacantibus
19	Herold	- bonis vaontibus
20	Pauli	- jure Principis circa res nullius in Prussia
21	Thomafius	- proscript. reg. ad iura subdit. n. pertinente
22	Schulz	- Sicutis regimen antecedentibus
23	Wernher	- jure reppelliarum inter patris f[ac]tus f[ac]tis collectarum provinci. origine.
24	Struben	

- Nr. Grefides
- 25 Struben De patrum provinc. origine Landk. 8.
- 26 Wegenseit Principes du Blason
- 27 Hoffmann De tabulis artis diplomatica.

OTTONIS HENRICI
LIB. BAR. A FRISEN

ET

SAMVELIS STRYKII I. V. D

COM. PAL. CAES. ET PAND. IN ACADEM. VIA-
DRINA PROF. PVBL. ORDINARII

IVS PRINCIPIS

E X T R A

TERRITORIVM

Das Recht eines Landes-Serrn
außerhalb seines Landes.



VITEMBERGAE,
LITERIS EPHRAIM GOTTLLOB EICHSFELDII,
ACADEMIAE TYPOGRAPHI,

1738.

(15)

OTTONIS HENRICI
LIBRARIÆ PRISCIEN

SAMARIA STRAKH LVA D

GOV TEL OAKS TE RAN IN AQUA M VIV
DRINKA PTLOR PATE OVIDIANA

IVS PRINCIPIS

ЛЯТХІ

TERRIOTRIA

Deinde quodcumque
deinde quodcumque

ALBANIA
LITERATURÆ
ACADEMIAE IMPERIALE FONDADE
ACADEMIAE IMPERIALE FONDADE

8821

⑥

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
IOHANNI
GEORGIO II.

SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, AC
MONTIVM DVCI,
SACRI ROM. IMPER. ARCHI-MARESCHALLO ET
ELECTORI,
LANDGRAVIO THVRINGIAE, MARCHIONI MISNIAE,
ET VTRIVSQVE LVSATIAE, BVRGRAVIO MAGDE-
BVRGENSI, COMITI DE MARCA ET RAVENS-
BERG, DYNASTAE IN RAVENSTEIN
ETC. ETC.
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME ac POTENTISSIME
ELECTOR,

DOMINE CLEMENTISSIME

Solenne erat cum Oceano lucentibus, timentibusque naufragium, maris DEO Neptuno tabulam vovere, in templo ipsi dicato suspendendam, quæ imminentis periculis casus naufragiique referret. Abstrusiori haec tenus studiorum in abyso hærenti, SERENISSIME AC POTENTISSIME ELECTOR, idem votum fuit, de dicando terrestri meo Numini specimine aliquo, si ex prædictis Salebris eniti aliquantulum datur. Levia sunt, quæ ad pedes Tuos depono, CLEMENTISSIME DOMINE, augustoque vultu ruo prorsus indigna, primitæ tamen profectuum, quas alii, quam Tibi offerre, sacrilegium videbatur. Est frugi civis omnia sua negotia sic dirigere, instituereque, ut ad nutum suo Principi rationem eorum reddere queat. In id profecto laboravi haec tenus, ut quam Natura mihi induxit felicitatem, h. e. Tuo ut sub regimine nascerer, ea me non ipse privarem, sinistre agendo. Sic accepi a teneris, *Pater Patriæ*, firmoque quotidie in hac Sententia, esse Sanctas Principum personas, DEI vices gerentes in terris, a privatisque sancto horrore venerandas. Quæ etiam ratio, quod, quamvis causam attulisse videar Augustissimo Tuo Nomini inscriptæ Disputationis, timeam tamen adhuc, ne auda-

audacter nimis temerarieque fecisse id credar. Insurgunt Leges, gravique subdunt pœnae, qui Principum titulos propria autoritate privatis foribus suis affigunt; Esset, quod vererer, ne ob idem crimen ad supplicium trahi possem, si non augustissimum Aggratiandi Jus, cuius usus maxime similitudinem inter summum Numen Principesque demonstrat, in me jam exerceres; idque quod turgidæ alli arrogantiae notam dicunt, simplici devotioni subjectionique adscriberes. Agedum, CLEMENTISSIME OPTIMEQUE PRINCEPS, hasque pagellas in Sacramum Tuum ire permitte; fac sentiam, acceptam esse Clientis pietatem, mentemque ad obsequium factam. Jamque votum accipe, effectu non caritatum, quod Te & Imperio & Reipubl. omnibusque bonis, mihi que inter eos reperiri laboranti, sospitem salvumque præstabit.

SERENITATI T.

Subiectissimus Cliens

Otto Henr. L. B. a Frisen.



PRAEFATIO.

EQuidem non Consuli modo, sed omnibus Civibus
enitendum reor, ne quid de Principe nostro ita di-
cant, ut idem de alio dici possè videatur; dictum
est Plinii Secundi in *Panegyrico Trajano* habito; quo si non omnia
me fallunt, quemque satis admonet, qua observantia, qua devoti-
one venerandi veniant summi Principes, quamque reverenter de
iis, aliterque prorsus quam de privatis loquendum sit, si de iis lo-
qui forsan, dicereque contingat, oporteatque. Sane quo magis
inter se discrepant Princeps ac privatus ratione personarum, quas
sustinent, eo distinctius quoque de iis dicendum erit, nec nisi diver-
sæ plane ipsis attribuenda operationes. Et quis audit unquam, i-
dem proferri de sole, quod de alia quapiam luce efferunt? vel quod
effectus ab hisce Luminibus producti non sunt omnino quam diver-
sissimi? Est ea virtus solis, ut dum oritur, lucetque, ex sterili so-
lo frugiferum faciat; & ea est virtus Principis, ut praesentia sua
oppressas terras in feliciorem statum erigat; it populo gravior dies
& soles melius nitent, veris instar vultus Principis ubi affulget;
metuit culpari fides, pacatumque navitæ per mare volitant, rura
nutrit Ceres ac alma Faustitas; binis: Pæna premis culpam Co-
mes, praesentem ubi populus adorat Principem; Vota tenent subdi-
ti,

ti, Principem se tenente; cuius praesentia eorum securitas, cuius
aspectus tutela eorum felicitasque est. Quae an de privato a quo
dici queant, et videtur, qui parum quantidaque praesidii in Prince-
pe putant, & nescio quo abjecto animo, eoram, quos suspicere debe-
bant, personas ayduunt; Sunt prosector, sunt aliena a nobis voces
eorum, quas vel audire pro crimine habemus; abeant quoque re-
cedantque istorum opiniones, quibus nonnunquam privatis assimili-
lare, (extra territorium potissimum agentes) summos Principes,
haud magni ponderis res videtur. Colorare equidem gestiunt du-
ritiem dicti, dum ajunt, non magis admittere Rempubl. duos Prin-
cipes, quam calem duos soles; bincque sequi, ut si Principis, (quo-
ad potestatem scil.) gerere nequeat, in alieno territorio, subditu
necessse sit induat temporarii, privatisque hinc per consequens, per-
sonam. At nesciunt sane illi connexionem inter Principem & Ma-
jestatem, qua omnino tanta est, ut vix separari a se invicem duo
haec conjuncta, Princeps dico, ipsaque Majestas, cominode possint.
Et lieet concedamus iis, territorialia jura in extensis Provinciis re-
gulariter Principes exercere non posse, non tamcn inde concludent,
prosperus nunquam potestate aliqua extra territorium gaudere eos so-
lere; cum haud varum sit, in Franconia maxime, ut alteri in al-
terius territorio certis fruendi Regalibus Jus competit. Vid.
Wehner Obsery. pract. vocab. folge sub fin. verbis: wegen
der viel Herrschaft, da ein Flecken bisweilen drey, vier
bis in 24. Herrisch &c. Certe nobis tanta visa est haec materia, ut
quantumvis multum comprehendenderet difficultatis, dignam tamen
putaremus, de qua publice differeretur: Hinc cum jubemur ante
Mensem circiter, ab illis, quibus parere gloria nobis est, specimen
aliquid edere Academicum, banc selegimus materiam, pericitatu-
ri, quantum in ea praestare valeremus. Et quamvis nemo occur-
reveret, qui de ea scripperit buc usque, tantum tamen aberat, ut nos
pateremur ideo absteneri, ut potius animus inde nobis adderetur.
Credebamus enim facilius sic apud Te L. B. merituros nos veniam,
si hinc inde deviare contigisset. Et quis non veniam impertiretur
ei, cui & exatas & gravitas materia, raraque ejus tractatio, ex-

eufa-

cusationis præviae loco sunt, patrocinanturque. Potissimum tamen elaborationis hujus causam allegamus, quod Principi inscribenda fuit. Quid enim dignius, quam de Principe ad Principem loqui, vel hoc ostendere, quantum & a teneris reverenti Principes simus affueti. Ceterum Tu monendus eris L. B. direxisse nos potissimum Disputationem nostram ad S. R. Imperium, Statusque ejus Potentissimos, quæ vero de Extensis obiter inserta, illustrationis saltem causa adjecta fuisse. Erit jam Tuum, dextre judicare de labore nostro, nec rigidum agere Catonem, si binc inde erroris aliquid irrepserit. Nos certe protestationem interponimus solennissimam de omni eo libere semper corrigendo, scriptumque pro non scripto seque contra babendo, quod secus se habere, quam pagellæ nostræ indicant, experientia seu crebriori lectione edicti compererimus. Interea supplices ad summum Numen tendimus manus, quo & huic labori nostro benedicere velit, nostrisque adesse auxilium; cuius de auxilio certi, postquam iterum iterumque Te L. B. valere jussimus, primum Dissertationis nostræ ordinum Caput.

CAP. I.



CAPVT I.
DE
PRINCIPĒ IVRA IN ALIENO TERRITORIO
EXERCENTE.

SVMMARIA.

Potestas Territorialis.	n. 1.	Territorialia Jura extra Territorium alicui possunt competere.	n. 19.
Cui illi competat.	n. 2.	Quibus modis possunt acquiri.	n. 20.
Transit cum Territorio.	n. 3.	In uno Territorio plures diversa possunt Jura exercere.	n. 21.
Tanquam potest Status Imp. in Territorio, quantum Imperator in Imperio.	n. 4.	Quatenus hoc procedat.	n. 22.
Proponitur Tractatio de Potestate extra territoriorum.	n. 5.	Extenditur ad easum concurrentis administrationis.	n. 23.
An Princeps extra Territorium propriato habendus sit.	n. 6. sqq.	Probatur ex principiis feudalibus.	n. 24.
Ratio diversitatis inter Principem & privatum.	n. 8.	It. exemplo divisionis fraterno.	n. 25.
An Princeps coram Domino Territorio alieni stare tenetur?	n. 9. seqq.	Qualis potestas extraterritorialis intelligatur.	n. 26. seqq.
Dubitantium sententia adducitur additis rationibus.	n. 10.	Prescriptionis justae requisita.	n. 29.
Illustratur Decisio exemplo Mariae Regine Scotie.	n. 12.	1. Possessio, & quasi possessio cum scientia Domini, vel Consiliariorum,	n. 30.
Restriccio assertionis.	n. 13.	Actus necessarii.	n. 31.
Territorialis iura cessant regulariter extra Territorium; allegantur rationes.	n. 14.	2. Titulus, ubi simul de prescriptione ipsa.	n. 32.
Distinguuntur casus circa Principem in alieno Territorio constitutum.	n. 15.	3. Bonae fides.	n. 33.
I. Casus, si volente Domino Territorium accedit.	n. 16.	4. Continuatio temporis.	n. 34.
II. Casus, si id faciat ignorante Domino.	n. 17.	Transfusio ad specialiora Potestatis extraterritorialis exempla.	n. 35.
III. Casus, si invito Domino ingrediatur.	n. 18.	Imperator quomodo in Statuum territorio jurisdictionem exerceat.	n. 36.

A

2 CAP. I. DE PRINCIPE JURA IN ALIENO

- | | | | |
|--|--|--|----------------------|
| <i>Qui' occasione Superioritas Territorialis
acquista fuerit.</i> | <i>n. 40.</i> | <i>Jus Pallii.</i> | <i>n. 81. seqq.</i> |
| <i>Unde Imperator Jurisdictionem habeat
in Comitis; ubi de Superioritate Ter-
ritoriali Civitatum Imp.</i> | <i>n. 41.</i> | <i>Mones Papales.</i> | <i>n. 86.</i> |
| <i>Qui iudeas delinquentis ex familia Imp.
in alieno Territorio.</i> | <i>n. 42.</i> | <i>Protestantes ab his oneribus immunes.</i> | <i>n. 87. seqq.</i> |
| <i>Electoris Saxonie Jurisdiction in Comiti-
is.</i> | <i>n. 42.</i> | <i>Affectata Pontificis largitas, ejusque ex-
empla.</i> | <i>n. 89. seqq.</i> |
| <i>Car. jurisdictio Civitatis, ubi habentur
Comitia, tunc quiscat?</i> | <i>n. 44.</i> | <i>Quid ei reponendum.</i> | <i>n. 92.</i> |
| <i>Elector Palatinus est Index Imperato-
ris.</i> | <i>n. 45.</i> | <i>Quid inter Status circa Vestigia obti-
neat?</i> | <i>n. 93. seqq.</i> |
| <i>In quibus causis.</i> | <i>n. 46.</i> | <i>De Salvo Conductu.</i> | <i>n. 98. seqq.</i> |
| <i>An in feudalibus?</i> | <i>n. 47.</i> | <i>An militem traducendi jus exinde suum?</i> | <i>n. 100.</i> |
| <i>Quonodo in causis Imperium spectanti-
bus.</i> | <i>n. 48.</i> | <i>De Jure habendi Auri Argentique Fo-
dinis in alieno Territorio.</i> | <i>n. 101.</i> |
| <i>De Vicariatu Electori Sax. & Palatino
competente, & quoque.</i> | <i>n. 49. seqq.</i> | <i>Jus colligendi auri striauitilis extra Ter-
ritorium.</i> | <i>n. 102.</i> |
| <i>Quali sigillo utatur Camera tempore In-
terregni.</i> | <i>n. 54.</i> | <i>De Jure Venandi in alieno territorio;
adductis exemplis.</i> | <i>n. 103.</i> |
| <i>An dentur Provincia Jure Vicariorum
exempta?</i> | <i>n. 55.</i> | <i>Item de Jure pifandi.</i> | <i>n. 104.</i> |
| <i>Sensu Verborum: in locis, ubi Saxonica
jura servantur.</i> | <i>n. 56. seq.</i> | <i>An locus in alieno territorio vacuum oc-
cupare liceat?</i> | <i>n. 105. seqq.</i> |
| <i>Quid obtineat circa Vicariatum absente
Imperatore.</i> | <i>n. 58. seqq.</i> | <i>An fortalitum in territorio alieno ex-
trui possit?</i> | <i>n. 109.</i> |
| <i>Jura quedam exercent Status extra Ter-
ritorium citra respectum Imperii.</i> | <i>n. 61.</i> | <i>Exemplum juris hujus per astrium que-
situm.</i> | <i>n. 110.</i> |
| <i>E. g. die Bentgerichte.</i> | <i>n. 62. seqq.</i> | <i>Quatenus extractio talis procedat.</i> | <i>n. 111.</i> |
| <i>Explicatio Voigteie</i> | <i>n. 65. seq.</i> | <i>Quid de destructione fortalitorum alieno-
rum statuendum?</i> | <i>n. 112.</i> |
| <i>Competit Palatinis in canobio Greif-
heim.</i> | <i>n. 67.</i> | <i>De Jure habendi praesidium in alieno
territorio.</i> | <i>n. 113.</i> |
| <i>Ur. & Electori Sax. in Quedlinburg.</i> | <i>n. 68.</i> | <i>Subsunt exempla.</i> | <i>n. 114. seq.</i> |
| <i>Alia exempla.</i> | <i>n. 69.</i> | <i>Apertura jus.</i> | <i>n. 116. seqq.</i> |
| <i>Advocatio Eccles Rom. remissive.</i> | <i>n. 70.</i> | <i>Jus Sequelæ.</i> | <i>n. 124.</i> |
| <i>Jus aggreditandi extra territorium.</i> | <i>n. 71.</i> | <i>De traductione militis per alterius Ter-
ritorium.</i> | <i>n. 125.</i> |
| <i>De Exercito Regalium extra Territori-
um, & quidem</i> | <i>n. 72.</i> | <i>Jurisdictio militaris in alieno Territorio</i> | <i>n. 126.</i> |
| <i>De Jure Primariorum precum.</i> | <i>n. 73. seqq.</i> | <i>Jus exercendi Angarias & Parangarias.</i> | <i>n. 127.</i> |
| <i>An a Pontifice habeant Imp.</i> | <i>n. 75. seqq.</i> | <i>Obiter Jus Postarum quonodo in alieno
territorio locum habere possit.</i> | <i>n. 128.</i> |
| <i>Ubi & quonodo Imperator id exerceat.</i> | <i>n. 78.</i> | <i>Quid circa Protectoratum obtineat.</i> | <i>n. 129. seqq.</i> |
| <i>Jura Pontificis,</i> | <i>n. 79. interque illa Jus
Annatarum.</i> | <i>De Advocacia Imperatoris.</i> | <i>n. 132. seqq.</i> |
| | <i>n. 80.</i> | <i>Pergitur ad Collationem feudalem Allo-
diali-</i> | |

dialium in alieno territorio. n. 139. seqq.	Imperator tribuit dignitates per Imperium.
Quid juris in alienum territorium na- scatur ex Pactis Gonfraternitatis, ubi de homagio eventuali. n. 142. seqq.	n. 139.
An Inscriptio: unserm gnädigsten Lan- desherren & unsern lieben getreuen Subjectionem inferat? n. 155.	De Praecedentia Principum extra ter- ritorium?
An Dignitates extra territorium con- serri possint? n. 156. seq.	n. 162. seqq.
Quid circa eorum collationem ab Imper- atore faciendam constitutum. n. 160.	Regis Bohemiae prærogativa.
De Dignitatibus officiariorum. n. 161.	n. 167.
De Ordinum Equestrium dignitate. n. 158.	Jus Wildfangiatus. n. 168. seqq.
	Quid praesent Wildfangii. 172. seq.
	Elector Palatinus defensor Aeneatorum.
	n. 174.
	An puniri possit Princeps in alieno ter- ritorio?
	n. 175.
	Conclusio Cap. I. n. 176.

Potestatem, libere omnia exercendi jura, qui denegare ausit Principibus in territoriis suis, neminem novimus. Cui enim Territorium competit proprium sum-
tum, (puta uti Imperii Statuti) eidem quoque competit Jus territorio cohærens. *Christoph. Besold. de Ju-
re & Imp. Imperial. Civit.* n. 8. Nam quamprimum Princeps aliquis de illo investitur, vel alia ratione istud sibi subjicit, omnia simul jura Regia, fundatamque intentionem cum omnī Superioritatis jure accepisse existimatur. *Alc. Respons.* 12. n. 11.
L. 3. Valascus qu. 8. n. 21. de Jur. Empbyreut. Knichen cap. 2. n. 3.
de Sublimi & Regio Territ. jure. Imo Principem tantum posse in Territorio suo, quantum Imperatorem in Imperio, si non plus aliquando, pervulgatum est. *Castrens. Cons.* 34. n. 1. & 5. vers. concluditur. *Narra. Cons.* 554. n. 19. vol. 3. *Socin. Cons.* 4. n. 23. Vol. 3. *Modest. Pistor. Cons.* 24. n. 1. vol. 1. *Gail. de P. P.* L. 1. c. 6. n. 10. *Schrader. de Feud.* 2. p. 9. partis principalis Sect. 10. n. 36. &c. &c.

At vero, qua extra Territorium gaudeat potestate Prin-
ceps, hoc quaestio[n]is, hoc disquisitionis nostræ erit. Et sunt profecto nonnulli, qui Principem terras suas egressum, in om-
nibus, quoad contentiosa, privato æquiparare non verentur.
arg. cap. at si Clerici 4. X. de Judic. *Mavra de Jurisd.* P. 4. cas.

764. n. 9. cuius Sententia generalitati tamen uti subscribere non possumus, ita multo minus adhuc Epitheton Privati admittemus, quod infra reverentiam certe Principum nobis esse videtur: præsertim cum diversissima ratio adhuc sit inter pri-
 vatum in alieno territorio degentem, qui coram quovis Ju-
 dice, (ut alia taceamus) se sistere necesse habet, & Principem extra Provincias suas commorantem, qui inferiori Judici vix ac ne vix quidem respondebit, factique infectaque reddet ra-
 gionem. Hinc aliqui prorsus illam fovent Sententiam, tales
 Principem ne quidem coram Territorii Domino stare debere,
 Jusque ab eo accipere, ex ratione potissimum, quod pari in
 parem nulla penitus competit Jurisdictione, nisi se eidem sub-
 10 miserit, per l. Eß receptum 14. ff. de Jurisd. Deinde, quod & si
 Princeps autoritatem non habeat, dignitatem tamen retineat
 extra Territorium, pessimeque astum iri cum eo, si ipsius Ma-
 11 jestas Regni finibus coerceretur, quæ si vere Regia talisque est,
 qualem in suis terris habuit, incongruens profecto erit, alte-
 riuss Sententiam pati; tandem, quod Dominus territorii Prin-
 cipem in ipsius tractibus nova molientem diffidare & pro ho-
 ste declarare possit. vid. Zoucheus super quæst. de Legati delin-
 12 quentis. Judice compet. p. m. 63. Et sane Maria Scotia Regina,
 quamvis captiva fractæque pacis publicæ rea peracta, toties
 tamen protestata est, se Reginam liberam natam, nec proin-
 de ullius potestati ac Jurisdictioni subjectam, atque adeo soli
 DEO vitæ suæ rationem reddere teneri, protestationemque
 solenni more factam in Acta referri postulavit, ne comparitio
 sua sibi aliisque Regibus, Principibus ac Fœderatis, aut ipsi Re-
 gi filio aliquando in præjudicium verteretur, toties, inquam,
 protestata est, quoties mandato Elisabethæ examinaretur. vid.
 13 Tbuau. L. 86. ad Ann. 1586. p. m. 241. At vero nec hanc Senten-
 tiam totam meam facio, quamvis plausibilia multa alat argu-
 menta, utpote probe edoctus, nihil nisi turbas seditionesque
 excitatum, inferioremque a superiore potentioreque oppres-
 sum

TERRITORIO EXERCENTE.

sum iri, si quis Majestate sua i. e. libera potestate exercendi auctus Majestatis concomitante, in alterius territoriorum ingredi valeret, nec non immerito tunc locus foret illi dicto: ubi Leo pedem tenet, cetera animalia quiescent: vid. Anob. cons. 310. n. 3. circ. med. Knichen de Jure superior. n. 27. 28. seqq. c. 4.

Temperamus ergo Sententiam nostram, dicentes: territorialia jura præsumi cessare extra territorium arg. L. ult. ff. de Off. Praef. urb. l. fin. ff. de Jurisd. l. Duumvirum 33. C. de Decurion. ex ratione, quod ordinarie simul & semel duo & diversi Principes de Territorio ejusque Juribus non investiantur, Knichen de Jure Super. c. 3. n. 119. quod territorii Dominus fundatam habeat jurisdictionem in omnibus, quæ territorii finibus continentur arg. l. 1. ff. 1. de Offic. Praef. urb. l. fundi ff. de Act. Emt. Cap. fin. de Offic. Archipr. Gail. L. 2. Obs. 62. qui plures tex-tus citat. quod qui in alieno actus aliquos exerceat, territorium violare dicitur Jas. l. 1. cons. 146. n. 40. v. 52. Gail. de pac. publ. c. 16. n. 27. seqq. Knichen de J. Territ. c. 4. n. 27. & turbare jurisdictionem ex Alberic. de Ros. Knichen d. l. n. 31. Sed ut circa distinctos casus distincte nos expediamus, interesse credimus, an Princeps in alienum territorium se conferat volente Domino, an eo ignorantе, an demum eo invito. Primo 16 casu tacite omnium jurium exercitum Principi advenæ relatum videtur, quod cum jure domini territorii unquam compatibile esse potest; vique hujus præsumptionis justificari posse exempla exercitæ jurisdict. Crimin. in alieno territorio a Zoucheo in solutione quest. de Legati delinquentis judice competente allata, certo putamus. Refert autem predictus Author p. m. 33. seqq. ex Hotomanno Legatum Regis Galliæ in regione vicina servi domestici, qui filiam ipsius undecim annorum per vim stupraverat, propria autoritate gulam laqueo fregisse; & Legatum Regis Hispaniæ Venetiis famulum, qui grande aliquod facinus perpetraverat, Senatu minime consulto e fenestrâ hospitiū sui suspensi fecisse; nec non Seneschallum Regis Angliae,

cum Rex ipse Parisis ageret, de Inglatam de Nogent capto
in Regis hospizio, (hoc enim necessarium requisitum est) ultimum supplicium sumisse, Rege Franciæ licet præsente, in cuius etiam concilio habitis hinc inde tractatibus consideratum fuit, quod Rex Angliæ illa Regia prærogativa Hospitiique sui privilegio jure uteretur gauderetque p. 60. Et sane unde derivaremus justitiam horum actuum, nisi ex probabili concessione? cum certe non præsumendum, quod dominus territorii omnem ipsi auctoritatem potestatemque voluerit detractam, qui bona ipsius pace illud intravit; immo quod potius amicabiliter eum excipiendo, favorabili quadam interpretatione, ut plenissima dignitate instructus veniret, concessisse præsumatur.

17 Secundo casu, quamvis plerique Politicorum statuant, ipso facto, quo Princeps immediatus alterius territorium intrat, haud prius petita venia, captivum duci posse, sententiamque suam firment Mariæ Scotiæ Reginæ exemplo, ab Elisabetha captivitati mancipata; Sereniss. Palat. Elect. Caroli Ludovici a Rege Galliæ in carcerem missi, aliorumque: magis tamen æquitati consentaneum videtur, dispicere, quo animo, alienum territorium intraverit; si amico, Amicitiæ LL. idem exigent, quod priori casu dictum, sc. tantum ex receptione amico juris relinquï, in quantum nobis non adversatur: (Hæc tamen omnia cum jure quodam familiaritatis fiant, nullum perpetuum jus Principi advenæ tribuere valebunt arg. l. 41. ff. de acquir. poss.) si hostili, armis non LL. decidetur, quantum

18 unicuique Jurium competat. Tertio casu violari alterius iura puto, & justam belli causam inde oriri nullus dubito, præserit si pro injuria illata monitus satisfacere nolit. Sed hoc ita, si jus in alieno territorio sibi non legitime quæsiverit. Ex antea enim dictis non sequitur, nunquam penitus extra territorium Jura territorialia competere posse, immo firmius concluditur ex supra dictis, quod quia ista ordinarie fiant, ergo non semper tamen, hincque regulam suas pati exceptiones

ex

ex casibus singularibus, extra dubium est. Tales autem sunt, 20 quando quis vel Investitura Wesenb. Conf. 45. n. 40. P. 1. Perigrin. de Jur. fisci c. 1. n. 75. Ruland. a Valle conf. 4. n. 42. vol. 3. Purckman. c. 45. quæ sunt Regal. n. 1. vel Privilegio speciali Meichsner. T. ii. D. 6. n. 6. p. 89. vel præscriptione, & quidem vel immemoriali, qualem contra Imperatorem desiderant e. super quibusdam s. præterea X. d. V. S. Bartol. in L. Si public. §. ult. s. de Publican. Coler. de Jur. Imper. Germ. Sect. 43. qui varios adhuc citat, vel ordinaria in Legibusque requisita, qualem contra parem sufficere ajunt, utpote qui Jure communi utatur. arg. l. 4. C. de Praescr. 30. vel 40. ann. Coler. c. 1. s. 43. vel alio demum modo Jura hæc superiora in alieno Territorio sibi acquirit. Nec infrequens est, inquit Gorbof. Freyer. Dissert. de super. territ. unam provinciam plurimum dominatu fatigari, & iura, quæ in uno territorio superioritati connexa, in altero divisa reperiri, ita ut uni aliquando competat die Landesfürstliche Obrigkeit, alteri die Wildbahn, tertio die Fürstliche Obrigkeit, quarto die Vogtey und Erbgerichte. &c. ib. 1. lit. B. cumque eo Meichsner. T. ii. Decis. Cam. L. 2. D. 4. n. 20. & 27. & T. iii. D. 3. n. 34. Rosenthal. de Feud. c. 6. Conclus. 85. n. 10. Et 22 hæc omnia in juribus ejusmodi compatibilibus & subordinatis 85 extra dubium sunt, quatenus Exercitium talismodi juris domino territorii in Exercitio alterius juris nullum ponit præjudicium, uti ex exemplis modo adductis appareat. Verum ext. 23 tendenda ea puto etiam ad talem casum, ubi de concurrente certorum jurium exercitio quæstio est. Quod enim per 24 præscriptionem acquiri potest exclusive, sine dubio id quoque poterit concurrenter. Notum enim ex Feudistarum principiis est, præscriptionem esse loco investitura Schrad. in feud. p. 7. c. 4. n. 15. Quocunque pacto ergo pluribus per investituram territorii jura communicari poterunt, pari modo poterunt quoque per præscriptionem; Jam vero jura territorii pluribus concedi posse, ut illa vel conjunctim vel unusquisque in solidum

8 CAP. I. DE PRINCIPE JURA IN ALIENO

- dum exerceat, notius est, quam ut demonstrationem mereatur; poterit ergo etiam vicinus dominus in alterius territorio ita sibi jus acquirere, ut hoc simul cum vero territorii domi-
25 no æqualiter exerceat. Sicuti tale exercitium superioritatis æquale inter fratres territoriorum dividentes, quandoque pacto reservari solet, veluti ex familia Brandenburgica exemplum adducit Georg. Heinricus Springsfeld Tr. de Apannagio c. 10. in fin. qui conjunctæ administrationis incommoda quandoque temperare solent alternativa, durch die Mutschierung de qua vid. Spreng. Zprud. publ. p. 425. Linn. ad J. Publ. C. 4. c. 8. n. 125. Besold. Thesaur. Pract. sub voce Mutschierung add. III. Dn. Seckendorff. im Fürsten-Staat P. II. c. 3. §. 3.
- 26 Antequam tamen hæc fusius probatum demus, exemplis que subjectis illustremus, opera pretium erit dicere, de qua potestate extra territorium non sentiamus; ut inde magis pa-
27 tescat, de qua quid statuamus. Removemus ergo potestatem, quam quis usurpat in alieno Territorio, vel ex gratia conce-
sam, vel jure familiaritatis amicitiaeque: ob receptam Docto-
rum conclusionem, eum qui jure familiaritatis utitur, non possidere, nec inde præscribere posse. L. qui jure familiaritatis
28 q. f. de acquir. poss. Sed jure suo i. e. illis modis acquisivisse ea debet, quibus posse acquiri paucis ante demonstravimus. Gylm. l. 1. Decr. Camer. D. 13. n. 31. Besold. Vol. 3. cons. 18. n. 74. seqq. Freyer. de jur. super. n. 2. l. B.
- 29 Deinde præmonendum etiam erit, quænam ad legitimi-
mam Præscriptionem desideremus? & iterum respondemus,
singula ea, quæ Substantialia Præscriptionis sunt, aliquos re-
quirere, Possessionem nempe, titulum, bonam fidem, & con-
30 tinuationem temporis. De Possessione res certa est; sub illa
vero & quasi possessionem intelligimus, quæ jurium sc. & re-
rum incorporalium est; Qui possidet ejusmodi Jura territori-
alia, animum & affectionem sibi habendi retinendique habe-
re, usque uti debet Domino sciente & paciente, contra quem

præ-

præscribere voluerit Knichen. de J. Territ. c. 3. n. 122. Paul-
 meister de Jurisd. L. 1. C. 24. n. 13. Meichsner. T. 1. Dec. Cameral. L.
 1. D. 25. n. 20. Gylm. L. 1. D. 33. Corbm. Vol. II. Conf. 55. 56. imo
 sufficiet Consiliariorum & Officialium Scientia, Knichen. de J.
 Territ. c. 3. n. 154. Surdus conf. 471. n. 22. L. 4. Meichsner. T.
 1. L. 2. D. 1. n. 13. hoc tamen dijudicandum erit ex officio eo-
 rum, ac potestate a Principe ipsis concessa, nec enim promi-
 scue Officialium negligentia Principi præjudicabit. Actus 31
 quoque congrui Superioritatemque territoriale manifesto
 demonstrantes non generales, vagi, & indifferentes sint, Tho-
 ming. conf. 26. n. 124. uti Homagii receptio, collectarum im-
 positio, exercitum Jurisdictionis forestalis &c. Freyer. de
 jure super. ib. 2. I. B. Quoad titulum, res dubia est; si enim 32
 Præscriptio 30. annorum non desiderat titulum Anton. Faber.
 L. 4. Def. 2. n. 12. Coler. ad cap. de quarta n. 41. X. de Præscripto.
 multo minus immemorialis Præscriptio, quæ hic intervenire
 solet, titulo indigebit, præsertim cum talis Præscriptio loco
 justi tituli venia, Felin. in cap. accidentes col. 2. de Præscripto.
 roburque habeat privilegii concessi. Gail. L. 1. Obs. 21. n. 15.
 Myns. Cent. 5. Obs. 29. Quod si de brevioris temporis præ-
 scriptione questio moveatur, & tricennialis quoque præscri-
 ptio ex ratione J. Can. aestimetur, contrarium forte dicendum
 foret. Sed nec his casibus titulo expresso opus esse puto,
 sed sufficerit titulus præsumptus ex Patientia Domini territo-
 rii oriunda, hanc enim patientiam in incorporalibus loco
 tituli esse, expeditum est qvoad omnes. Hartm. Pistor. I. 1.
 qv. 6. Klock. de contribut. c. 120. n. 227. At bonam fidem uti- 33
 que requirimus, & apprehensæ possessionis tempore, & ad
 finem usque, eam tamen præscribens probare non tenetur,
 quia pro ipso militat præsumptio. Thoming. conf. 26. n. 145. Six-
 tin. de Regal. L. 1. c. 5. n. 165. sed is probabit malam fidem, con-
 tra quem præscriptum Gail. Lib. 2. Obs. 18. n. 7. Myns. cent. 4.
 Obs. 6. n. 8. Freyer. de jure super. n. 2. lit. B. c. vigilanti s. c. si di-
 ligenti

10 CAP. I. DE PRINCIPE JURA IN ALIENO

ligenzi 17. cap. fin. X. de Praeser. Covarruv. in cap. Poffessor, m.
f. de Reg. Jur. in P. 6. 11. f. 8.n. f. Dissentit Knicben c. 3. n. 38.

34 Demum & de continuatione temporis consentimus, quia
non sufficit actus aliquos gessisse, si non quiete fuerint gesti,
ab Adversarioque ante metam absolutam contradictum. Kni-
chen de J. territ. c. 3. n. 137. Modi enim, quibus alias præ-
scriptio interrupitur, hic pariter sibi locum vindicant.

35 Evicimus, credo, generalibus hisce hastenus, posse Prin-
cipem gaudere aliqua extra Territorium potestate, nunc per
Specialia incedendum, perque exempla, in quantum possibi-
le, demonstrandum, quid unus alterve Status libere hodie

36 agat in alterius Provinciis. Initium autem facimus ab Au-
gustissimo Capite Imperii, summo totius orbis Christiani Prin-
cipi, Sacratissimo Imperatore, cui aliquando in alterius Sta-
tus territorio Jurisdictionem, in suos tamen, competere, pro-
 certo tenemus, exemplique loco adducimus, quod in Comi-
tiis, in quacunque libera Imperii civitate ea quoque habita

fuerint, per suæ Aulæ Mareschallum in sua familia addictos
37 illam exerceat. Bertram. de Comit Imper. memb. V. n. 60. Et
licet opponi possit, non esse hoc extra territorium, quia re-
spectu Imperatoris totum Imperium ejus censeatur Territo-
rium, hincque omnia, qua inibi agat, in suo agere credatur,
imo quod jure Saxon. veteri cautum sit: In welch Land
der Kayser kommt, da ist Thine das Gericht ledig. V.
Landrecht L. 1. art. 58. f. Wenn der Graff &c. nec se aliter

cum eo habeat, quam cum Sole, quo ex oriente, nulla lux
38 Lunæ amplius. Respond. tamen, hac se olim ita habuisse,
cum ad Germanos deferretur sub Carolo M. devictis ab eo
Hunnis, Saxonibus, aliisque Imperii Romani hostibus, po-
puli ex parte electione, ex parte quoque transactione cum
Irene Imperatrice Orientis, Occidentis Imperium; tunc enim
ille ex Veteranorum militum numero aliquos, quo præmia
haberent exantlatorum laborum, certis districtibus præfecit,

alios-

TERRITORIO EXERCENTE

H

aliosque eorum Duces, alios Marchiones, quosdam Palatiⁱ Comites vel Burggravi^{os}, nonnullos Landgravios, plerosque vero Comites ordinavit, ac veluti Judices & Provinciæ Re-
ctores Imperio suo præesse mandavit, quæ dignitates vero cum nonnisi temporaria^e, officiorumque saltem essent, ex que mero arbitrio Imperatoris revocabiles Nic. Cusan. Card. de Concord. L. 3. c. 28. in operib. Schardit, nulli omnino negamus, secundum illum Imperii Statum Imperatori in universo Imperio illimitatam fuisse potestatem, illudque attributum iudi-
candi munus merito dessisse, quamprimum ipse Imperator hunc vel illum districtum intraverit; at vero postquam mu- 39
tata Imperi facies, Imperatoresque interque illos potissimum Saxones, uti Heinricus Auceps, Ottonesque tres numero, or-
dine insequentes, districtus illos antea ad certum incertumque tempus pro libitu concessos, Principibus donarent, hereditariosque facerent, solo Dominio directo sibi retento, persuasi, attentius vehementiusque militaturos, sua propria jura si defenderent. Freber. de Orig. Com. Palar. P. 1. c. 1. &
c. 15. Knicben. de J. Terrir. c. 1. n. 356. postquam, dico, irrevo-
cabiliter Principes cum Imperio & Provinciis investirentur Coler. de Prot. execut. P. 2. c. 1. n. 120. seqq. postquam etiam 40
præscribere ea jura introspicientibus conniventibusque Imp. soliti fuerunt, aliter ea res se habere coepit, nec amplius ad mandatum Imperatoris, sed jam suo jure & proprio Marte ea usurparunt. Knicb. c. 1. n. 386. Nordermann. Tr. de Jure Principatus Concl. 88. l. B. Ming. de Superior. terrir. c. 4. n. 13. Su-
perioritasque territorialis ipsis confirmata fuit, primum qui-
dem in Rec. Imp. per Maximil. I. postea quoque non in Re-
cessibus solummodo, sed & Capitulationibus Imp. uti ad-
huc in noviss. Capit. Leop. §. 18. verb. daß in Sachen ho-
her Landesfürstl. Obrigkeit. vid. Myler. ab Ehrenbach de
Princip. & Statib. Imper. P. 1. c. 9. Dn. de Febna de Raz. Stat.
B 2 Dif.

12 CAP. L DE PRINCIPE JVRA IN ALIENO

Diss. 18. concl. 2. & Dn. Rhet. in prælect. ad Jus publ. Brauz-
lachr. L. 3. c. 5. §. 4.

41 Ex quibus sequitur, nullum hodie Jus Imperatori regu-
lariter in ditionibus Statuum remansisse, quod in præjudicium
Statuum exercere possit, neque illum Jure territorii dictam
illam Jurisdictionem exercere in Comitiis Imperial. sed po-
tius consuetudine a multis seculis sic inventa, quod Civitates
æque Status reputentur in Imperio, superioritatemque ter-
ritorialem vel Investitura acceperint, vel pecunia quoque
redemerint ad Impp. Knipschild. de Civit. Imp. L. 2. c. 4. n. 7.
segg. Dn. Rhet. in d. prælect. L. 3. c. 4. n. u. Myl. ab Ehren-
bach in Archologia c. 22. n. 2. Sed queritur: Utrum extra
comitia quoque in alienis territoriis integrum sit Imperatori
Jus dicere in eos, qui familiam ipsius sequuntur, an delin-
quentes in loco delicti a Judice Ordinario apprehendendi
sint? Et nullibi quidem invenimus hoc decisum, putaremus
tamen, salvo meliori judicio, posse Imperatori ex reverentia,
& arguento Jurisdictionis in Civitat. Imperial. durantibus
Comitiis ipsi competentis, hoc in aliis provinciis quoque
concedi, sic tamen ut executionem Sententia, si in caput
animadvertisendum fuerit, vel differat, donec in suas rever-
sus sit provincias, vel ut curet, Sententiam a se prolatam
a Judice loci ordinario executioni dari, nisi & hanc principes
territoriī Imperatori permittant.

42 Incepimus de Jurisdictione in Comitiis quoad Cæ-
sares Aulicos dicere, cuique hæc competat, fuse explicavimus,
pergimus nunc ad ceteros Status, eorumque familias, quem-
ve hi sortiantur Judicem, videbimus; & nec in hos Civita-
ti Jurisdictione competet, sed illam sibi vindicat Sereniss. E-
LECTOR SAXONIAE, qua Archi - Marschallus heredita-
rius Imperii, Jusque impertit tam Statibus, ac eorum fami-
liis, quam advenis etiam, forensibusque hominibus, caussæ
vel civiles sint, vel criminales. Beiram. de Comit. Imper Memb.

II.

II. n. 60. ubi simul *n. 61.* vid. quomodo interventu Legatorum Sereniss. Ducis Bavariae & Würtenbergici controversiae aliquæ inter Sereniss. Electorem Saxoniam & civitatem Ratisbonensem sopiae sint. Rationem vero cessantis tempore Comitiorum Jurisdictionis civitatis, hanc afferendam putamus; quod iniquum esse videatur, Caput totius Imperii, cum omnibus eius membris nomine Imperii congregatis, unius atque inferioris Status Jurisdictioni subjici; quod vero Imperator in suos, Elector contra Saxoniam in ceteros omnes id Juris consecuti sint, id partim conventioni consuetudinique, partim officio Mareschalli etiam inferioris adscribendum credimus, cum enim regulariter talis, de eo, quod in Domini sui aula committitur, judicet, sic ad ejus exemplum Archi-Mareschallum Imperii, quid in universo Imperio, (quod tempore Comitiorum Status congregati repræsentant, agatur, dignoscere, superque eo pronunciare, æquum visum fuit.

At relinquentes Comitia aliud illustre exemplum Jurisdictionis competentis extra territorium se offert in Sereniss. Electore Palatino, Archi-Thesaurario Imperii, cui Imperator Rexque Roman. super causis, pro quibus impetus fuerit, respondere necesse habet, illud tamen judicium nullibi, quam in Imperiali Curia, ubi Imperator, seu Rex Rom. præfens extiterit, poterit exercere. *Cap. 5. A. B. sub. fin.* Origo hujus juris certa inveniri nequit, in ipso Capite consuetudini adscribitur, in quo & nos acquiescimus, investigaturi solummodo, in quibus causis hoc jure gaudeat Palatinus. Et hic multum inter se discrepant *Dd.* alii omnes omnino causas tam criminales quam Civiles, tam ad Imperium spectantes, quam quæ, ex privatis contractibus originem habent, eo trahentibus *Schüz de Vicar.* *Imper.* borumque potestate concl. 28. *L. 6.* aliis vero Jus hoc ad civiles pecuniariasque causas saltem restringentibus *Vultej.* *ad l. 1. C.* ubi *Senatores.* *n. 27.* *Limnæus L. III. c. 9. n. 81.* *Straub.* in *Exercit.* *Exotericis Exerc.* *III.*

14 CAP. I. DE PRINCIPE JURA IN ALIENO

47. 7. quæ nobis probabilior videtur sententia, cum ejusmodi
Juriſdictiones ſtrictiſſime ſint interpretandæ. Hinc quoque
cauſas feuſales unanimi conſenſu excipiunt Dd. neque Co-
mitem Paſtoralum, vel Imperatorem iſum Judicem in illis
48 conſtituant, ſed Pares Curiæ. vid. *Autorum ſupr. alleg.* Quo-
ad cauſas Imperium ſpectantes, diſtinguendum nobis vide-
tur cum *Dn. Rhetio*, Viro nunquam ſine veneratione nobis
nominando, inter actus Capitulationi contrarios, qui veſtigia
poſt ſe relinquunt, qui ipſo jure nulli reputantur, impuneque
iis non paretur; & inter actus, qui veſtigia poſt ſe non relin-
quunt, vel publicum Statum totius Imperii diſturbant, quos
ad Comitia Imperii publica referendos credimus. per §. 2. art.
8. *J. P. Linn. ad A. B. C. ſ. f. 3. Obs. 6. n. 3. Dn. Rhet. in*
preleſt. ad Brautlacht. L. 3. c. 1. §. 4.

49. Aequo de Sereniss. Electore Paſtalino, quam de Poten-
tiss. Saxone, affirmaximus, exercere illos extra territoriorum
in Imperio Jurisdictionem aliquam, nondum tamen omnia
de iis diximus; offert ſe enim adhuc Vicariatus Imperii, u-
50 trique, ſed ſeparatim, competens. De vicariatu autem Paſ-
tali notandum, controverti hodie de eo inter Sereniss. Ba-
varum, ac Paſtalum E. E. adducique pro utraque parte maximi-
ponderis argumenta: nos equidein ſemper in ſequentiibus
Paſtalino illum attribuimus; non ea tamen mente, quaſi ju-
re ſic eum iſpi competitorē ſtatuerimus, Bavaram vero male
illum ſibi vindicare; hac dico mente profecto hoc non ſcri-
pitimus, cum ſupra ſortem viresque noſtras ſit tantas compo-
nere lites; ſalvi ſuis cuilibet reliefsi juribus fecimus hoc,
quia in A. B. attributum iſpi invenimus; quod tamen non
impedit Vicariatum per ſequentes Conſtitutiones ob certas
rationes ex beneplacito Imp. Statuumque in aliam familiam
51 potuſſe transferri. Qui utriusque Partis Jura noſſe amar,
adeat Sprenger. *Jurisprud. publ. lib. 2. cap. 30. Linn. ad A. B.*
cap. 5. ſ. 1. Obs. 5. Separatim vicariatum competere prædi-
ctis

Etis Principibus affirmavimus; Cum enim Imperator Augustus Carolus IV. satis bene nosset, quam confuse omnia fuerent in Interregnis; quantumque ordinarie durantibus illis Respubl. caperent detrimenti, cum quilibet regnare velleret, non sine summa prudentia laude instituit, vel confirmavit etiam Potentissimis hisce duobus Principibus Vicariatus officia, quamprimum Sacrum vacare contingeret Imperium, ita quidem, ut Comes Palatinus Rheni in partibus Rheni & Sueviae, nec non in jure Franconico, uti verba habent: Saxo vero in illis locis, ubi Saxonica jura servantur, ipsius Imperii Provisor esset, cum potestate judicia exercendi, non mandato Electoris Moguntini, uti Klock quidem Vol. i. Conf. 3. n. 40. in f. asserit, & ad beneficia Ecclesiastica praesentandi, re-colligendi redditus & proventus, & investiendi de Feudis jumenta Fidelitatis vice & nomine Sacri Imperii recipiendi &c. quaenam omnibus ratihabere novus electus Imperator tenetur. A. B. c. 5. Agnoscamus eminentia Jura Electorum horum, potestatemque Imperatoris in omnibus comparandam, dummodo excipias feuda majora, vulgo Fahnsehn dicta eod. cap. 5. A. B. quoad Investituram scil. non quoad jurisdictionem Carpz. de L. R. c. 2. Sect. 15. n. 9. seqq. At quaeritur: An statim jure proprio hoc jure uti queant, quamprimum intellexerint, Imperium vacare, an vero expectandum, donec a Moguntino, mortuo Imperatore, convocentur, sicque quasi de potestate sibi competente adhincantur? & respondetur, quamprimum de vacantia ipsis constiterit, facultatem sibi competentem literis patentibus declarare, inique territoriis sui vicariatus affigere posse. Quippe cum Vicariatum LL. Imperii fundamentales immediate deferant, non opus erit, ut præcedat factum hominis. Literatum autem formulam videre licet ap. Goldast. in den Politischen Reichshändeln P. VII. n. 1. in Diar. Europ. P. 1. p. 70.

Ex

16 CAP. I. DE PRINCIPE JURA IN ALIENO

54 Ex quibus non obscura decisio erit quæstionis: an Camera, tempore interregni, de mortui Imperatoris, an Vicariorum sigillis uti necesse habeat? & responsi loco erit, si gilla sua exhibere solere Cameræ Vicarios, postquam decepsisse Imperatorem intelleixerint, qua in re quamvis Palatinus Saxoni moverit controversiam A. 1619. melius tamen informatus illam urgere mox destitit. *Linn. ad A. B. c. 5. §. 1.*

55 *Obs. 9. n. 2. segg.* Ita ergo in quovis territorio Vicariorum auctoritas se exerit, ut ideo extra dubium sit quæstio: An exempta quadam Provincia sit Juri Vicariorum? Et quidem Bavaria hoc affectavit, sed postquam evictum est, eam non pertinere ad Vicariatum Saxonie, Vicariatu Palatini se submisit, *Linn. ad A. B. c. 5. §. 1. Obs. 3.* Pariter disquirunt, an verba ista, *in locis, ubi Saxonica jura servantur,* hoc importent, ut quamprimum una alterave provincia alio jure, quam Saxon, uti incepit, Vicariatu huic quoque non amplius sit subjecta? & hoc negamus, quia verba hæc demonstrationis causa saltem fuere adjecta, Vicariatusque hic jam dum certos suos limites habuit, vel etiam, quod eæ provinciæ tum omnes hoc jure usæ fuerint, & sic abrogatio istius Vicariatiū nihil derogare possit; imo quod si mutato jure exemptione Vicariatu procederet, facile quævis provincia illum alias agnoscens se subtraheret, sive vel alterum Vicariatum toleraret, vel ad angustissimos limites redigeret, se vero duran-

57 te Interregno liberam prorsus redderet. Probamus assertum nostrum ex formula ab Elect. Saxon. tempore Interregni affigi solita: *In den Landen des Sächsischen Reichens, und an Enden in solch Vicariat gehörenden Goldast.* in Politischen Reichs-Händeln P. 7. n. 3. p. 200. Herm. Fase.

58 *Jur. publ. c. 20. n. 7. Carpz. de L. R. c. II. Sec̄t. 13. n. 5. &c.* Nec exaudienda hæc sunt tantummodo in casum demortui Imperatoris, verum etiam iidem obtinent Vicariatus, si Imperatorem Imperium excedere contigerit; nec Obst. i. hoc non ex-

expressum inveniri in A. B. Respond. enim, Constitutionem il- 59
 lam Carolinam T. 5. se expresse referre ad privilegium Palati-
 no desuper datum, qua cautum legitur: Wann das Römische
 Reich vaciret, oder ein Römischer Kaiser, König über das
 Gebirge gezogen ist. Goldast, in Reiths: Sazungen T. 2. P. 2.
p. 141. (2) Exempla multa in contrarium dari; quæ nos profe-
 cto movere non debent, non exemplis enim, sed Legibus ju-
 dicandum nec jus parit, quod Romæ factum, sed quod fieri 60
 debuit. I. 12. ff. de Off. Praef. Nec licere Imperatorialium no-
 minare Vicarium, probamus Caroli V. facto, qui Ferdinandum
 Fratrem Vicarium constituens; consensum Palatini & Saxonis
 requiri primum, iisque pro majori cautela literas reversa-
 les, quas vocant, dare necesse habuit. Goldast. d. I. p. 242.

Absolutis ergo, quæ in Imperio unus alterve Status qua 61
 membrum Imperii, extra territorium agit, convertimus nos
 ad ea, que itidem extra territorium quidem exercet, nullo
 tamen habito respectu ad Imperium; qualia sunt Jurisdic-
 tiones, quas in nonnullis provinciis Germania obtinere, ait Illu-
 stris Dn. Seckendorff. im deutschen Fürsten-Staat P. u. c. 9.
 n. 7. Welche nicht eben der Landes-Herrschaft, oder der or-
 dentlichen Obrigkeit, sondern offt einem andern Herrn
 oder Stande in frembden Orten, außerhalb seiner or-
 dentlichen Jurisdiction, allein, oder nebst dem ordentlichen
 oder Vogtey-Herrn, zukommt, primamque speciem dicte
 die Centgerichte, quam definit, ipsius enim verbis ut nobis 62
 volope est. Eine solche Besigniß, daß der, welcher diese Cent-
 barliche Gerechtigkeit hergebracht, etliche gewisse Haupt-
 Verbrechen, mehrtenheils vier, welche man die vier hohe
 Augen nennt, als Mord, Diebstahl, Brand, und Noth-
 zucht, in einem gewissen Bezirk, ungeachtet er darinnen
 keine, oder wenige Unterthanen hat, bestraffen mag. Ra- 63
 tionemque putat introductæ talis Jurisdictionis, daß von al-
 ters

ters hero eigentlich wieder die grobe Landschädliche Laster solche Centgericht von Kaysern bestellet, und den Mächtigsten (non ergo præcise Dominis territorii) im Lande anzvertrauet worden. Nos, quia in hisce terris rariores seimus hasce Jurisdictiones, iis prolixius explicandis non occupabimur, sed contenti allegalle Knichen, de Jur. territ. c. 4. n. 68. seqq. fulissime hanc Jurisdictionis speciem tractandam, ac si recte ipsum capimus n. 243. & seqq. Episcopum Würzburgensem in Ducatu Franconia ejusmodi Jurisdictionem affectare, affirmantem.

65 Ad aliam speciem progredimur, quam Voigteiam dicunt, quo nomine tamen cum supra laudato Dn. de Seckendorff nolumus intelligi die ordentliche Jurisdiction, wie sie von den Cent- oder Peinlichen Gerichten unterschieden wird, sondern eine andere sonderbare Art der Potestät, die man auch etlicher Orten die Laster-Voigten oder Ober-Vogten heisset, verstecken, welche mehrtheils die nebst-gesessene Landesherren, über die bey ihnen gelegene Klöster und geistliche Stiffter von alters her haben, daß sie alle peinliche oder doch gewisse und sonderbare Fälle an Orten und Enden, die solchen Stiftungen zustehn, zu üben, auch darneben gewisse Einkünfte davon haben, im
 66 deutschen Fürsten-Staat p. m. 231. Knichen hanc Jurisdictionem vocat Advocatiam de Jure super. c. 4. n. 389. assertaque (quamvis in hisce talibus certi quid statui nequeat secundum eundem, quia ubique jura Vogteica sequentia variant, hic que pinguiora, ibi steriliora inveniuntur, sicque eujusque loci Statutis standum est) tali Domino omnia Vogteica commoda cedere, nimium Steuerreise, oder Reise-Geld, Folge, hohe und niedrige Frevelbussen, Geleit in Dorff und Markt geben, Defnung der Kirchhöfe und Dorffbefriedigung &c.
 67 n. 241. seqq. testatur, Palatinos Principes Vogtey und hohe Obrigkeit sibi vindicare super coenobio Greifheim ratione Comi-

Comitatus Greishbach. Illustrius hujus Jurisdictionis, uti pu-³⁶
tamus, exemplum afferri haud posse credimus, quam quod
Sereniss. Elect. Saxon. competit; audit enim hic Potentissimus
Octovir belehnter Erb-Vogt zu Quedlinburg, omniaque
jura superioritatem demonstrantia ibi exercet hohe Landes
Obrigkeitliche Rechte, sowol in der Stadt als auf dem
Lande, ausgenommen das Erbgerichte in der Stadt, wel-
ches die gefürstete Aebtissin zu exerciren hat. Dn. Fran-
ckenberg in der jexregisternden Welt grossen Schaubühne
^{p. m. 219.} Sic Dux Bergensis Abbatissæ Esensis Protector est,⁶⁹
Prælature Buchaviensis ipse Imperator, Guerningerodensis
Principes Anhaltini, qui itidem de hac Abbatia investiuntur,
merum ac mixtum exercent Imperium *vid. Webner in Pract.*
Obs. v. Vogtay.

Obiter hic addendum, Advocatiam istam, de qua jam ⁷⁰
diximus, diversam nobis videri ab illa, cuius mentio fit in *s. 2. Capit.* Leop. illa enim circa Jurisdictionem se diffundit, ju-
raque exinde descendantia. Hæc non alia est, quam ut of-
fendant Pontificem sedemque Romanam se opponat Cæsar,
brachioque seculari auxilio veniat; hincque Protectoratus ti-
tulo optime hanc exprimi posse, persuasum nobis habemus,
neque plura jam de ea, ne aliquid anticipemus, sumus dicturi.

Sufficient hæc de Jurisdictione dicta, ea enim, quæ me-⁷¹
re civilia, ad Caput Disputationis hujus ultimum rejecta vo-
lamus. Hoc tamen prius adhuc monendum adscribere
nos illi jus aggratiandi, cui jurisdictionem competere diximus
extra territorium, jusque puniendi delicta; sunt quippe re-
gulariter sibi connexa, inquirere punireque crimen, illudque
remittere. Explodimus vero hie sententiam statuentium, e-
am esse potestatem Cardinalium circa gratiam impertiendam
delinquentibus, ut obviantem Reum, dum ad supplicium tra-
hitur, tegendo eum pileo vel veste, a pena mortis liberare
valeant. *vid. Glæserus disp. de gratia delinquentibus facienda.* *ib.*

59. Sed hæc obiter, de Jure enim aggratiandi dicturi sumus prolixius capite seq.

72 Jam alia percurramus Regalia, ut, an & hæc exercere
73 licet extra territorium, appareat. Initium faciemus a Jure
primariarum Precum, quod Jus in universo Imperio Roma-
no ascribimus Imperatori, vi cuius facultatem habet nominan-
di & promovendi unam personam idoneam ad beneficium
Ecclesiasticum, in certis Imperii Ecclesiis primum vacans vel
vacaturum; vel est, uti Carolus IV. ait ap. Goldast. T. 1, Con-
stit. Imper. p. 343, in rescripto de primariis precib. quando Im-
perator habet Jure & approbata consuetudine a Divis Rom.
Impp. & Regibus Prædecessoribus hactenus observata, pote-
statem ex coronationis suæ solennis ad Romanorum Regnum
impletione, in quolibet Monasterio in Imperio constituto, unam
tantum, virtute primariarum precum ad beneficium Ecclesiasti-
carum promovendi personam. Linn. L. 2. c. 9. n. 2. Et ab eo citati.

74 Gaudere hoc jure Impp. non ex indulitu Pontificis, uti Speculator
L. 4. p. 33. de Præbend. & Dignitat. §. restat vero n. 7. ejusque
asseclæ volunt, sed ex Consuetudine observantiaque, verbis
75 Caroli supra adductis edocemur. Imo vi Juris Sacrorum,
& ita vi Summi Imperii competere, bene adserit Dn. Zieg-
ler. Comm. ad Lancelot. lib. 1. Tit. 26. in. fin. & in Territorii
Statuum Imperii hoc Imp. in specie fuit reservatum, quous-
que in possessione hujus juris fuerit, Instrum. Pac. Art. 5. Et
sane si Pontifici deberent Imperatores hanc potestatem, non

76 omisisset Carolus ejus aliquam facere mentionem. Nec nos
movet, Paulum V. P. M. Anno 1620. Ferdinando II. Imp. in-
dultum primariarum precum transmisisse, vel etiam Innocen-
tium X. in declaratione articulorum Pacis Monast. quæ A. 1651.
impressa fuit, hanc potestatem sibi adscripsisse, quæ & plura
alia refert Abafverus Fritschius Tr. de Jure primar. Prec. c. 2.

77 n. 3. ad quem brevitatis studio Lect. remitto. Hæc enim
propria autoritate fecere, exque suo more, quibus alias haud
infre-

infrequens est, nova sibi adscribere jura, quæ tamen a nullo tempore ipsis competiere. Exercet quoque hodie Imperator hoc ius, vi art. s. f. 18. f. P. Cæs. Sued. non minus in Pontificia, quam Augustana Confessioni addictis locis, dummodo decadente Aug. Confessionis addicto, alias ejusdem religionis, ad normam Statutorum idoneus, precibus fruatur. vid. Limn. L. 2. c. 9. n. 7. seqq.

Dum diximus de Jure Cæsariorum circa beneficia Ecclesiastica, afferendum quoque aliquid est, de Juribus Pontificis circa eadem beneficia usu obtinentibus, suntque ea vel Annatarum, vel Jurium pallii, confirmationum mensium papalium &c. &c. omnia profecto inventa ad depauperandam Germaniam, ditandumque Pontificem Rom. cum suis Nepotibus. Et quod Annatas attinet, consistit illud Jus in eo, ut quoties vacare contingat Episcopatus vel Abbatias, demortui Episcopi seu Abbatis Successor Pontifici Romano fructus inregros unius anni persolvere teneatur ex eo Sacerdotio. vid. plur. Straub. in *Dissert. Exoter. Diff. V. n. 17.* ubi etiam notat n. 21. ex Hortleder. von Ursachen &c. L. 1. c. 1. n. 11: summam olim Annatarum per Germaniam computatam fuisse ad 2034513. Florenos, omissis adhuc quamplurimis Episcopatibus, Abbatias &c. quarum vestigia ignoratum fuerit, ut hinc non im- merito Protestantes apud eund. Hortleder. d. l. f. 662. n. 45. questi fuerint: Was die Römische Kirche jährlich aus solchen Annaten erkratet und erschabet, das ist unmöglich zu astimiren und zu überschlagen, aus Ursach, daß nicht allein die Bisphümmer und Prælaturen, sondern auch die schlechten beneficia electiva, so nur 24. Ducaten de Camera, ja nur 12. Ducaten nach Ordnung Leonis X. Einkommen haben, ihre Pensiones davon reichen und geben müssen. Haud multum dispar ratio est in Pallii jure, quod scil. confertur regulariter Archiepiscopis, & Episcopo Bambergensi per privilegium in Germania. Voluit equidem insatiabili auri cupidi-

ne flagrans Pontifex, ut omnes Episcopi per Germaniam istud
 83 redimerent, sed de eo questos vid. Protestantes apud Hortle-
 der. fol. 66o. n. 44. von den Ursachen ic. nec immerito sane,
 si, quantum miseri Germaniae subditi pro explenda voragine
 Romana conferre teneantur, probe perspexeris, oportet enim
 pro re non operosa, profecto nec pretiosa etiam (vid. ejus
 confessio passim apud Autores, imprimis Linn. ad Ius publ. L.
 3. c. 3. n. 49. Straub. d. Differr. V. n. Dn. Ziegler. ad Lancellor.
 lib. 1. Tit. II. s. 1. Verb. Insigne Ornamentum) dare 25000. Flo-
 ren. nec patitur Pontifex, transire pallium ad Successorem c.
 843. X. de Uso & aur. pallii. Sed cum suo Archiepiscopo sem-
 per est sepeliendum. Unde factum, ut intra unius homi-
 nis vitam, bey eines Menschen Leben, aus dem einigen Erz-
 Bissthumb Mainz 175000. fl. nach Rom kommen und
 gelieffert worden, mit grosser Beschwerde der Unterha-
 nen, welchen deswegen Tribus und Schatzungen aufgele-
 get werden. Goldast. in Reichs-Sakungen p. 25. Limin. cit.
 loc. aliquie. Effectus accepti pallii sunt, Episcopos consecra-
 re, convocare ad Concilium, confidere chrisma, dedicare Ec-
 clesias, ordinare Clericos &c. &c. v. d. plur. Straub d. Differr.
 s. n. 14. & Dn. Ziegler. loc. cit. Verb. pastoralis Officii plenitudi-
 nem. Menses Papales originem debent Germania concorda-
 tis, quæ facta inter Fridericum III. Imp. & Nicolaum V. P.
 M. in quibus statutum, ut, si beneficium seu curatum seu non
 curatum vacaret mense Papali, locus vacans relictus esset pro-
 visioni Pontificiae, si autem decederet aliquis in reliquis men-
 sisibus non papalibus, collationi ordinariae debeat censeri reli-
 87 etum. vid. Dn. Rhet. in sap. alleg. Coll. L. 5. c. 4. n. 13. Demon-
 strant omnia haec, quam intolerabilem exerceat sedes Roma-
 na in Germaniam potestatem; subtraxere se tamen illi felici-
 ter propitioque numine Lutheranæ Reformatæque religioni
 addicti, neque qui Archiepiscopi sunt, pallium redimere, nec
 ceteri quoque Annatas persolvere coguntur (ultra ordinariam
 tamen

tamen taxam, insuper ejusdem dimidium pro infederatione 88
pendunt, secundum art. V. §. 20. J. P. Cas. Sued.) ino men-
ses Papales in Episcopatibus Protestantibus subjectis ad Postu-
latos Administratores Episcopatum pertinent, reliqui vero
menses in turnum veniunt, Wie sie eingeschrieben seind, o-
mnia vigore art. 5. §. 19. J. P. Cas. Sued.

Mentione aliqua facta Pontificis, haud siccō prorsus pe- 89
de transilienda potestas, quam idem affectat in omnia non so-
lum Christiana Regna, sed & remotioris Orbis; ubi jam huic,
jam illi liberalem magnificumque se præbet; Exemplique
loco esse volumus donationem Bonifacii VIII. Alberto I. Re-
gi Germanorum Galliam donantis, cum inimicitias aleret cum
Philippo pulchro, Rege Galliar. Georg. Sigism. Seldus ad Imper-
rat. Ferd. in conf. von Thyrer Räyserl. Maj. Wahl und Ho-
heit. Carpz. ad L. Reg. c. 2. Sect. 6. n. 28. Adriani VI. Pontif. con- 90
cessionem Henrico II. Regi Angliae factam, de Hibernia Insu-
la hostiliter ingredienda, terraque illa subjuganda, Dn. Ziegler.
Dissert. de Jure belli ib. 45. Dn. Becman. in Hist. Civil. c. 4. tb. 3.
qui in concessione illa seu diplomate hæc verba inventa testa-
tur: Et illius terra populus Te recipiat, & scut Dominum vene-
zur &c. Liberalitatem Alexandri VI. qui A. 1493. orta simulta- 91
te inter Ferdinandum Hispaniæ, & Johannem Portugalliae Re-
gem, de novo orbe dividendo, illam ita compositum, ut quæ
versus Orientem Johanni, Occidentem, Ferdinando concede-
ret, idque Stylo sedi Romanæ solito, de mera liberalitate, &
ex certa scientia, ac de Apostolicæ sedis plenitudine. Dn. Bec-
man. in Hist. Civ. C. 1. tb. 2. nos aliud respondere non habemus 92
huic affectatae potestatis, quam quod Terentius in Adelphis:
de Te largitor Puer, vel quod Attabaliba Regulus Peruanus Le-
gatis Hispaniæ regis, donationem Pontificis allegantis: Papam
insigniter fatuum & impudentem oportere esse, quod aliena
tam liberaliter largiretur. Carpz. ad L. Reg. Cap. n. Sect. 6. n. 31.

Dimisso ergo Pontifice, ejusque juribus iniquissimis nul- 93
loque

- loque fundamento nixis, quippe cui nihil potestatis & eminentia concedimus, nisi quoisque a Majestate Imp. ipsi quid indultum, operam nostram revocamus ad veriora jura, denuo que investigamus, an Statui cuidam Imp. in alterius Status territorio & vestigalia exigere liceat, & an a vestigalibus immuni 94 munis esse possit? utrumque affirmamus. Primum quidem, quia non minus Vestigalia quam Jurisdictio praescribi possunt. *Henr. Klock. de Jur. vestig. concl. 22. Cap. Klock. P. i. Conf. 29. n. 95 35.* & quoque, quia conventione vel in totum, vel ex parte transferuntur; hocque jure competet Regi Suediae potestatem, una cum Sereniss. Elect. Brandenb. vestigalia in ulteriore Pomerania exigendi, testatur art. 30. *Tractat. Steinens. de A. 1653. d. 24. May verb. in receptionem pro parte dimidia omnium vestigalium in portibus ulterioris Pomeraniae Elect. exigendorum &c. usque ad verb. admiserit, uti adeo hisce admittit. vid. Dn. Beccman. in Colleg. ad Res German. P. i. C. 3. th. 5.*
- 96 *sub voce: Pomerania.* Alterum, quod immunitas a solvendis vestigalibus nonnullis competat, competereque possit, pro non controverso tenemus, nostraque sententiae adstipulatur *Klock. de Jure vestig. concl. 31.* ubi exemplo Nobilium immediatorum firmat, consuetudine & privilegiis exemptionem acquiri posse, (ipsorum vero privilegiorum tenorem vide sis ap Limn. ad Jus publ. L. 6. c. 3. n. 52. & 66. qui etiam Aquisgranenses Cives &que ac Brunsvicenses in toto Imp. immunes esse afferit. L. 7. c. 2. n. 9. & c. 9. n. 10.) Sequentibus vero Conclusionibus pergit, quinam alii hac exemptione fruantur, & *concl. 37.* afferit, posse quoque immunitatem hanc praescriptione quadragenaria parari. *vid. porro d. concl. lit. A. & B.*
- 97 Quæstio: An statui in alterius territorio liceat nova erigere vestigalia, vel vetera sibi acquisita augere? decisione non egebit, cum Jus hoc instituendi vestigalia etiam in suo territorio ademptum sit hodie Statibus, soliq; Imperatori cum consensu tamen singulorum Electorum, praescituque Statuum vici-

victorium, etrumque, qui interessit habent, reservatum per
art. 21. Cap. Leop. Dn. Rbet. in prælect. ad Jus publ. L. 6. c. 3.
n. 5. dñ. 1510. quod quoque in iustitia sacerdotum et ecclesiasticorum.

Quod de vectigalibus, idem quoque de Salvo Condu- 98¹
ctu verum esse putamus; nimis immidiato, per alterius
immediati terras, competere hoc Jus posse, exemplisque do-
cemur, conductere Elect. Palatinum durch die Obergräfsschafft
Eckenbogen, von der Bergstrassen an bis gen Frank-
furt, it. in der Marggräfsschafft Baden, bis gen Psors-
heim, Et Marchio Badensis per territorium Palatinatus, us-
que ad Brethemum, Dux Württembergensis per urbem Gemun-
dam conductit. v. Casp. Klock. P. i. c. 29. n. 35. Strauch. Dissert.
Exov. XI. n. 2. Landgravii Hassiae Jus conductendi habent per
Wetteraviam, & per civitatem Fridebergensem ac Wezlarensem.
Dn. Rbet. in d. Colleg. L. 2. c. 1. n. 21. Intelligimus autem 99
hic non illam speciem Conductus, qui præstatur in criminali-
bus, ad judicium, & a judicio recedendi, quemve præstant 100
omnes in criminalibus competentes Judices, Carpz. Prax.
Crim. P. 3. Q. 112. n. 22. seqq. quique definit, quando aliquid
pronuntiatum fuit contra reum Criminalis, bis etwas pein-
liches wieder Jhn erkandt, Carpz. d. l. n. 62. sed illam an-
notamus, quæ securitatem præstat per integrum territorium.

Quæstio hic suboritur: An hoc jure fruens potestatem 100
habeat militem traducendi? Et videtur quod sic, ex ratione:
quia Jus hoc possidens secum habet jus persequendi & con-
quirandi depopulatores arg. l. 13. ff. de Off. Präf. Res. de A. 1548.
§. 20. deinde conjunctam habet hoc Jus curam præstandæ
securitatis. Sed respond. ad primum, militem licite trans-
untem non haberri pro Prædone; ad secundum: præstandam
securitatem non nisi privatos spectare, militemque transleun-
tem sibi ipsi satis esse præsidii. Ex quo concluditur jus con-
ductus regulariter non comprehendere jus permittendi tran-
sum vid. Disputat. de Transitu Mil. memb. 1. sect. 2. n. 24. sub
D patro-

patrocinio Domini Präsidis, Präceptoris nostri fidelissimi, habita.

101 Argenti Aurique fodinas nemini olim permissas, nisi Elec-
tōribus ex A. B. & g. addiscimus; Hodie non solum quem-
vis in suo territorio Principem cum iisdem investiri constat,
sed & easdem præscribi, vel alio quovis modo in alienis ter-
ris acquiri posse arbitramur, moti exemplo Comitis Hohen-
steinensis, qui respectu Vogtheia Walckritt prædictas fodinas
et ceteraque metalla sibi vindicat. *Webner. in pract. obseru. vocab.*
Vogtei, & Knichen in Comment. de Sax. non prov. jure n. 128. te-
statur, fodinas auri argenteique, quas olim ab Imperatore im-
mediate recognovere Comites Mansfeldici, hodie a Sereniss.
Ensiferoeos in feudum recognoscere oportere. Itidem hue
referendum putamus, Jus auri fluviatilis in Rheno legendi E-
lectori Palat. competens, & a Manhemio usque ad pagum
Selz exerceri solitum. *Sprenger. in Jpr. Publ. p. m. 417.*

102 Iterum Jus Venandi in alieno territorio præscriptionem
admittit, *Zoannettus in Tr. de duplice Venation. f. 2.* s̄apiusque
viejus sit, ut duobus Principibus, in una eademque Sylva,
uno vel diversis modis ac formis, Jus venandi competit, ita
ut unus in minoribus, alter in majoribus feris Jus hoc habeat,
idque usu multis in Germania locis observari, tradit *Gail. de*
Pignor. c. 24. n. 7. Georg. Mor. de jure Venand. P. I. n. 68. Six-

103 *tin. de Regal. L. 2. r. 18. n. 55.* Exemplum est in Episcopo
Würzburgensi, cui Jus venandi in Steigerwald, teste *Spren-*
gero in Jpr. publ. p. m. 396. competit, nec non in Duce Wür-
tenbergia & Tecciae, qui in quibusdam vicinorum Imperii
Statuum territoriis Jus venandi ac Jurisdictionem forestalem
possidet. *Myler. ab Ehrenbach de Princip. & Statib. P. II. cap.*
75. n. 13. & quamvis regulariter inhærent hæc jura territoriis,
posse tamen quandoque separari, videre est ex *Myns. conf. 16.*

104 *n. 45. Klock. P. 1. Conf. 29. n. 243.* De Piscationibus idem esto
judicium, sibique has vindicare Elect. Palatinum in flumine
Weich,

Weich, qua territorium Landaviense perfluit, docemur a Klock. d. c. 29. n. 196. seqq.

Relictis hisce juribus, pergitus ad ea, quæ bellum maxime spectant, inquirimusque, an in alieno territorio fortalitia extruere liceat? Quod antequam decidamus, necesse est videre, an locum vacuum in aliena Republ. situm occupare liceat? hoc enim vel affirmato, vel negato, haud difficile erit ad illud respondere. Et Grotius quidem, si recte eum capimus, statut, loca multum inculta h. e. sterilia non habitata, nec ullum usum Reipubl. præstantia, in Republ. tamen sita, posse occupari, de J. B. & P. L. 2. c. 2. §. 4. ratioque forte dari possit hujus sententia, quod ille locus pro derelicto habitus, hincque nullius esse censeatur, sed occupabilis factus per §. 46. J. de R. D. At vero tutius nobis videretur, negare hoc assertum, cum vix præsumptio loci derelicti obtinere queat, primum, quia derelictio est facti, ea autem quæ facti sunt, non præsumuntur per l. 12. ff. de captiv. & postlim. B. Dn. Brunneman. ad b. l. n. 4. Deinde, quia nihil in Republ. singendum nobis, in quod Majestas se non diffundat, ex Politicorum sententia, statuentium, ubique in Republ. præsentem esse Majestatem, hincque nec credendum, locum licet sterilem hujus esse expertem. Tandem etiam poterat forte ex commido Reipubl. esse, locum hunc non coli, habitarique quod interverteretur, si alius quispiam ipsum occuparet; Quo ergo salvemus sententiam Grotii, statuendum esse putamus, procedere occupationem ejusmodi loci, si patientia concurrat Reipublicæ, in qua situs est, ex hac enim, credo, colligetur, nolle eam amplius locum tam pro suo agnoscere. Quoad fortalitia responderemus, regulariter ea in suo, non in alieno, ædificanda, nec sufficere, si massam tuæ terræ alieno solo imposueris, sicutque ipsi inædificaveris per l. 24. §. 2. ff. quib. mod. ususfr. amitt. quod fecisse scribitur Ludovicus Thuringiæ Landgravius, cognomento Salicus, conditor arcis

Wartburgi prope Isenacum A. 1050. Historia vero se ita habet, recensente Limneo. Mons, in quo sita est arx, Domini de Franckenstein fuit; sed cum in eo venaretur Landgravus Ludovicus, placebat ei adeo, ut areis ibi ædificandæ incenderetur cupiditate. Ut autem dominium illius ad se transferre juris aliqua specie posset, nocturno tempore terram ex sua ditione finitima in eum portari jussit, ut in solo suo ædificare videretur. Hoc enim modo solum alienum suum facere conatus est. Dum ædificavit, accusatus est a vero Soli Domino coram Imperio. Is vero respondit, se ædificare in suo solo, idque se confirmaturum esse suo jure spopondit. Iussus est igitur Testibus XII. idoneis, vel jurejurando, rem probare. Invenit statim XI. equestris ordinis homines, qui cum eo consenso monte enses suos in terram, quæ illuc congesta fuerat, fīgebant. Jurarunt igitur, se in terram Landgravii suos condidisse gladios, sicque obtinuit Jus Landgravius quæstum, cœptamque arcem ædificare continuavit. *Linn. in Add. ad L. IV. f. publ. c. 8. n. 238.* Diximus autem regulariter in suo ædificari debere; aliquando tamen etiam hoc permīssum esse in alieno solo, per consequentiam elici potest ex Grotii verbis *L. 2. c. 2. n. 10.* Ubi statuit, pium bellum gerenti licere occupare locum, qui situs sit in loco pacato, si verum periculum adsit, hostem illo loco invasurum; quodsi verum est, qui non licebit occupatum talem locum, nondum tamen munitum, in fortalitium erigere? requirimus tamen una cum predicto Autore etiam, ut locus ille deseratur iterum cessante necessitate. Ex eodem Grotii principio, quo statuit, posse aliquando occupari, ne hostis eo potiatur, fluit etiam, posse me tertii, amici licet, fortalitia destruere, si defendendis iis nec ego par sim, nec ille, Amicus scil. vel cuius in territorio hæreo, me tutum reddere possit, hostem hunc locum, postquam discesserim, haud occupatum, sicque exinde nocturum mihi; ex quo capite etiam prædicta in tertii territorio facta exactaque juste defendantur, cum natu-

naturalis juris sit, hosti omnem præcipere materiem vires su-
as augendi mihique nocendi.

An autem quis prohiberi possit a vicino, ne in suo pro- 113
prio territorio, vel in finibus ejus munimenta erigantur, se-
quenti cap. videbimus. Nunc considerandum, an alicui in
fortalitiis alterius territorii Jus præsidia habendi competere
possit? Et videtur quod non, ex ratione, quia sic in arbitrio
positum esse videretur præsidium imponentis, quo usque loca
illa vero Domino relinquare vellet, imo quod excandescente
bello forte inter duos ejusmodi, quorum alteri proprietas lo-
ci superioritasque, alteri Jus præsidii competeteret, hic præ illo
haud leve commodum sensurus esset, dum omnia illa loca,
in quibus præsidium teneret, sine labore ac periculo sui ju-
ris facere posset: His tamen non obstantibus, & hoc extra 114
territorium Principibus competere posse, firmant exempla Ba-
tavorum, qui in plerisque fortalitiis Ducatus Cliviæ militem
suum aluerat hactenus, sed postquam illa loca vi Gallica iis e-
repta, Serenissimoque Elect. Brandenburgico postmodum
restituta, Status Belgici hoc jus sine dubio amiserunt. Sic 115
quoque in Instrum. P. Cæs. Gall. Rex Gallie tenendi præsidi-
um in arce Philippsburg, ad certum numerum tamen restri-
ctum, habet, cum cetera prædictum castrum cum omnibus per-
tinentiis juribusque Episcopi Spirensis, vigore istius pacis, reman-
serit; quamvis & jam spes sit, hoc Galliæ Regis Jus, ob tot
Imperio illatas injurias, ac innocentissimarum Provinciarum
depopulationes desitum, postquam summum Numen justis
Invictissimi Cæsaris Imperiique armis in tantum benedixit,
ut fuso licet multo illustri sanguine, tandem tamen prædi-
ctum castrum dedere se necesse haberit.

Non diversum a jam dictis obtinere arbitramur quoad 116
Jus aperturæ, cum non minus ex Jure præscripto consuetudi-
neque, vel alia quavis ratione, quam cetera jura, acquiri possit.
Speid. in Spec. Jurid. polir. sub voc. *Öffnung n. 3.* Reinking. de Re-

30. CAP. I. DE PRINCIPE JURA IN ALIENO

- 117 *gim. sec. L. 1. class. 5. c. 4. n. 110.* Exemplumque affert Archi-Ducem Austriæ, qui in Episcopatu Tridentino hoc jure gaudent.
- 118 An vero Jus hoc superioritatem, an merum hospitium, an tandem asylum denotet, prolixè non disputabitus; ultimam sententiam defendit Sereniss. Elector Moguntinus A. 1668. con-
- 119 tra Sereniss. Electorem Palatinum, cum de Jure hoc in vicum & arcem Neuen Baumberg controverteretur. *Dn. Bezman. in*
- 120 *Diff parallela de Imperio Majest. in res humani iur. aphor. 5. n. 3.*
- 121 Medium fovet Biedenbach, qu. nob. 22. sub fin. Primam Sereniss. Elector Palatinus, quando Moguntino literis datis den
28. Jul. Anno 1668. ita responderet: Lassen zwar dahin gestellt seyn, ob E. L. von dero Erzstift, wo sie das *Jus Aperturae* haben, sich dessen nur als eines *Asyli*, und zwar allein zu Bedehenszeiten gebrauchen. Dieses aber ist gewiß, daß das Offfnnungsrecht so wol von Churfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs, als von den höchsten Gerichten und Rechtsgelehrten insgemein, nicht für einen miserablen Behelf eines *Asyli*, sondern vor ein stattlich Stück der Superiorität, und des militarischen Rechtens gehalten wird. Et
- 122 sequentibus convincit Electorem Mogunt. quod olim non tam levidense jus hoc estimassent Prædecessores, verb. Immassen auch E. Liebden Vorfahren, als sie mit dem Hause Braunschweig wegen der Graffschafft Hohenstein strittig gewesen, aus dem *Jure Aperturae* gar das *Jus territoriale* behaupten wollen, &c. vid. *App. ad Conin. 16. Diar. Europ.*
- 123 hancque Sereniss. Palatini sententiam probabilem existimamus; quamuis etiam non negemus, & illas obtinere posse aliquando, si scil. pacta ejusmodi adjecta fuerint. Fatemur enim lumbentissime, non posse hic certam dari regulam, quid proprius *Jus Aperturae* involvat, cum tota res ex obseruantia & mutuis conventionibus dependeat.
- 124 Quid circa *Jus Sequelæ* obtineat, dubium esse videtur, cum regulariter velint scriptores, evincere hoc jus superioritatem

tatem territorialem, inferreque subjectionem; at & hoc per transactionem acquiri posse, tradit Speidel. in Spec. Jurid. polit. vocab. Folge n. 3. allegatque Magerum de Jur. Advoc. c. 10. n. 152. & 167. qui Seniorem ex domo Lymburgica, bello, seditionibus & aliis molitionibus implicatum, jus habere tradit Combergensis Collegii subditos evocandi ad sequelam, quam etiam præstare ipsi tenentur. vid. quoque Webner. vocab. Folge ubi exemplum adducit debita sequela extra territorium, simulque decidit, an iustratio & sequela necessario sint coniuncta. Superest, ut dicamus, an quandoque per alterius solum militem suum traducere liceat, ipso quoque invito? Et putamus affirmandum, præsertim de Protectoribus, quibus indubie Jus traducendi militem per Clientum provincias adscribimus, cum maxime iniquum videatur, ejus dissidere armis, cuius sub protectione quis requiescere satagit. Disp. de Jure Trans. Memb. I. Sect. 3. n. 11. aestimandum tamen hoc erit ex pactis, postquam se subjecere, adjectis. Mutilate diceremus, si non 126 jurisdictionem exercitus, in quocunque territorio hæreat, etiam salvam Duci afferemus, sic ut delinquentes coercere, ultimoque supplicio in eos animadvertere possit. Ex ratione credimus, quod disciplina militaris nimium quantum detrimenti esset passura, si ordinarius judex primum semper invocandus esset de judicio instituendo, puniendoque delicto. vid. Knichen de jure sup. Territ. c. 4. n. 42. &c.

Certo respectu Jus Angariarum & Parangariarum ad u- 127 sum belli spectare, haud male forte dixerimus; cum enim turbulento tali tempore plurima se offerant negotia, quæ celeritatem requirunt, maxime tunc quoque eorum erit usus, & regulariter ei, cui transitus per certum territorium pater, hoc Jus quoque competere posse arbitramur. Non ut semper præstationes vecturarum a Domino territorii paciente transitum exigat, ad id enim speciali pacto opus foret, cum regulatiter transitus debeat esse innoxius: Sed ne hic impendre valeat

leat transeuntem militem, quo minus vehicula rebus suis trans-
 ferendis necessaria secum libere ducat, *Conf. Friesch. de Transf.*
 128 *milit. c. 12.* Pacis tempore Angariarum Jus cum Postis confer-
 re multi amant, *Besold. Thes. pract. sub voc. Angariae.* regulari-
 ter vero has Imperio extra territorium non exercent Princi-
 pes, nisi forte ex conventione gratuita; & sic Postas institu-
 it Lipsiam usque, ut & alia loca extra territorium, Sereniss.
 Brandenb. Elector; Rex Suediae usque ad Rostochium, per
 129 Ducatum Megapolitanum. An vero curru uel equo ire sic
 130 liceat, ex concessionum Instrumentis haurietur. Imperatori
 hoc reservatum est per art. 35. Cap. Leop. verb. daß unser Ge-
 neral-Obrist Reichs Postamt in seinem Eßerhalten, ut per
 universum Imperium Postas habere illi liceat; hincque in plu-
 131 rimis, si non in omnibus, Civitatibus Imperialibus Magistri
 Postarum Cæs. reperientur, in ceterorum vero Statuum ter-
 ritorii rariores erunt. *Conf. Ludov. ab Hörnick. de Jur. Postar.*
 Cap. 3. Theorem. 3. qui tamen hic Jura Statuum nimium re-
 stringit.

132 Dum Protectorum potissimum in Jure transitus rationem
 habendam esse paucis ante diximus, disquirendum venit, qua-
 133 le Jus maxime Protectores habere soleant ex Protectione; Et
 hic quidem haud paucos experimur Adversarios, statuentes,
 munus hoc Protectorum non aliud, quam indubitate auxilii
 ferendi genus esse, quod licet etenim verum sit, ut Protecto-
 res semper auxilium ferre debeant in protectionem receptis,
 non tamen hoc ideo absolvet istud munus, sed reciproce de-
 berti aliquid Protectoribus pro onere, quod sustinent, natu-
 134 ralis ratio suadet. Hinc regulariter solent obligari ad reci-
 procam præstationem auxilii, ad solutionem certæ pecuniae,
 ad Jus Aperturæ etiam aliquando, uel ut clarius dicamus;
 comparandos censemus illos (non quidem de omnibus nobis
 hic sermo, cum multi liberiorem sibi ab initio reservarint
 conditionem) in omnibus, quæ commodum & favorem ha-
 bent,

bent, subditis propriis & plenariis Principum, in oneribus tam determinacionem impetrare, ultra quam obligati non sint; hucque est sententia, quam tuitus est Sereniss. Saxon. Elector in causa Erford. vid. *Jus Protect. Saxon. in Civit. Erfurt. p. 9. &c.* Exempla Protectoratum varia sunt, præcipua 136nobis videntur Candonum Helveticorum, qui Remp. Genevensem contra Gallum Sabaudumque protegunt, Regis Hispaniæ, qui Genevensis Reipubl. & iterum Luccæ, Ordinum Belgii, qui Civitatis Embdæ; Sereniss. Saxonis, qui Northusæ & Mulhusæ, Palatini, qui Heilbrunnæ, Swinfurti, Spire, Wormatiæ; Duciis Würtembergici, qui Reutlingæ & Eslingæ; Landgravorum Hassiæ, qui Wetzlariæ Protectores audiunt. &c.

Recepimus supra in nos, si recte adhuc meminimus, 137dum de Advocatiis dicebamus, acturos nos hic loci de Advocacia Augustiss. Cæsarisi, vigore cuius Religionis Catholicæ promovere tenetur commoda, vi *avv. i. Cap. Leop.* quodsi aper-te dicendum, quid sentiamus, profluere hoc Jus ex ipsa Ma-jestate, omnibus licet reclamantibus Pontificiis, assertum imus, 138imo Imperatoris esse, ratione hujus juris, ea, quæ ad externum religionis cultum spectant, libere immutare, volente nolente Pontifice; ea, quæ ad internum cultum pertinent, ex S. Co-dice desumentur.

Fuse diximus in hoc capite, nec tamen omnia expref-simus, quæ in alieno fieri possunt, subjungamus ergo vel bre-vibus, quæ omissa adhuc fuere, tractationemque mereri vi-debuntur, Jura. Et primum quidem, posse Principem in a-lieno territorio bona sua allodialia sita in feudum dare, pro-140certo ponimus; cum enim cuilibet hoc liceat etiam privato, quidni & Princeps posset, cuius potestas tanto major, quanto persona dignior, proximiorque repræsentato, h. e. DEO, quem refert in terris. Deinde querimus, quid pacta Confra-141ternitatis juris tribuant Confratibus in unius alteriusque terri-toio?

34 CAP. I. DE PRINCIPE JURA IN ALIENO

- 143 torio? Sunt vero pacta talia nil aliud, nisi uniones inter certas familias, vel de allodialibus bonis, vel quoque de feudalibus, cum consensu tamen Imperatoris, initæ, quibus pars parti promittit, omnes suas provincias ad familiam supervictu-ram transituras, viventibus vero utrisque adhuc partibus, alteram alteri in omnibus necessitatibus auxilio adfuturam. Il-
lustrissimumque ejusmodi pacti exemplum datur inter Sere-
niss. Domus Sax. Brandenb. & Hassiac. cujus tenorem vide sis
144 apud Limn. de J. Publ. L. IV. c. 8. n. 172. Cum vero regu-
lariter ejusmodi Confratres unus ab alterius Subditis, in casum
vacantæ, homagium sibi præstari curent, vi prædicti paeti a-
145 apud Limnaeum recitati: Videndum, quid inde in alterius Sub-
ditos potestatis consequantur? Et infert equidem ordinarie ho-
magii præstatio, ex parte recipientis fundamentum superiori-
tatis, a parte præstantis fundamentum subjectionis. Reinking.
L. 1. class. 2. c. 2. n. 68. Vultej. conf. 35. n. 35. n. 30. Vol. m. Consil.
Marburg. effectumque producit onerum tam realium quam
personalium impositionem &c. Knichen. de Jure Terrar. c. 3.
146 8. n. 23. At vero cum ejusmodi homagium confratri præstitum
nonnisi eventuale conditionatumque sit, hincque plane diver-
sum ab eo, quod vero Domino præstatur, recte dicimus, ta-
le homagium haud proferre effectus aliquos, antequam con-
ditio existat. Hoc tamen exaudiendum putamus solum rati-
one Domini, sic ut hæc a suo subdito Confratri præsta ~~Lan-~~
deshuldigung ipsi prorsus præjudicare nequeat; sed vero, an
147 aliquid operetur respectu tertii, altioris indaginis erit. Casum
fingimus, intercedere inter Mævium Titiumque pactum con-
fraternitatis, præstitumque alteri ab alterius subditis eventua-
le homagium; Jam certum ex superioribus, nihil hoc præju-
dicare vero Domino, nec alterum respectu eventualis istius
juramenti quicquam prætentere posse a Subditis contra verum
eorum Dominum, an vero contra tertium, quæstionis nostræ
148 150 est. Sc. invadit Mævium Sempronius armis, plurimosque Ti-
tii
- S. C. 1703

til Confratris sub exercitu suo numerat Subditos; Quær. an avocare hos possit Mævius ut Subditos eventuales, sibique ne-xu aliquo devinctos, vel an justam implorandi causam habeat Titium, quo ille eos avocet? Et credimus utique, operari hic aliquid eventuale homagium, nam quamvis invalidum es-set ad pròducendum effectum aliquem respectu Titii veri Domini, siebat tamen illud ex ratione, quod arctiori vinculo obligati ipsi erant, quam Mævio confratri; jam vero cum de tertio sc. Sempronio agatur, Mævii iterum jus validius esse puto, quam Sempronii, qui nullam in eos prætendere potest potestatem, cum Mævius se in eventuali homagio fundet, simul-taneamque acceperit Investituram. Et licet opponi posset, 151 Eventuale nihil operari nisi eventu expectato; Respondetur tamen, Eventuale esse homagium respectu Domini, non respectu tertii. Statuerim tamen hæc, usque dum aliter hac de-re informatus fuerim. Exemplum eventialis quoque præstan-di homagii videbis in *Recessu Limitaneo inter Regem Svecia, & Sereniss. Elect. Brandenb. Steineri erecto Anno 1653. ff. 29. verb. ejus-que Successoribus quotiescumque homagium provinciale, vulgo Lan-deshuldigung &c.* Dum de homagio diximus, inferendum 152 obiter, præstare Wormatienses ex antiqua consuetudine, licet non subditi sint, Episcopo Wormatiensi Juramentum. Spren-ger. Ipr. publ. p. 457. Solere regulariter per actum confrater-nitatis unitos Confratrum Subditis titulum tribuere *delectis* & fidelibus nostris, quotidiana experientia attestatur, unde in-quirimus, an in & subscriptio: unsern lieben getreuen, gehor-153 samen, & iterum unsern gn. Landesherren subjectionem importet, quod neg. Myl. ab Ehrenbach de Princip. & Statib. Imper. P. IV. c. 101. n. 22. gratiaque verba esse afferit, nec non complacentia; Qualia que sunt, obligationem non in-ducunt. Klock de Contribuz. c. 7. n. 119. Molinaeus ad Consuet. Pa-riſ. lib. 1. Gloss. 4. n. 14. Nos equidem putamus, verba hæc sola non probare subjectionem, præsertim ea, quibus Princeps

36 CAP. I. DE PRINCIPE JURA IN ALIENO

aliquem appellat, ea enim, quæ inferior ad superiorem dirigit, ob vocabulum Landesherren plus dubii relinquent; si tamen cum aliis præsumptionibus concurrant, multum in evincenda subjectione juvare.

- 156 De dignitatibus nondum diximus, cuinam eas, & an extra territorium conferre competit? Respond, autem, Cæsari hoc jus esse reservatum in Imperio, ut superiores quoque conferat dignitates; Extra territorium etiam, pervincente id mutua, uti *Dn. Beccan. dicit in Med. Polit. Diff. 16. ib. 3.* hominum propensione & studio alias juvandi, tum etiam communni axiome: omne bonum est communicativum sui: Sicque legimus Henricum IV. Imp. Rom. Bohemiae Ducem, Frider. I. Danie Principem Reges creasse, *Ditrich de Summa Imper. Majest. n. 121.* nec non eosdem Impp. Poloniae quandoque Reges dedisse; Carolo Burgundo vero tanti honoris insignia ambi-
157 enti Frider. IV. Imper. conferre recusasse. *Lans. Orat. pro German. p. m. 119.* & quoque hodienum Radzivilii, Lubomirscii, Princeps Transylvaniae tanquam Principes Imperii extra territorium creati perstant adhuc. Imperio tamen non compre-
158 hensi *Dn. Beccan. cit. loc.* Sic etiam dignitatem ordinum E-
questrium extra territorium conferri, notorium est, exemplaque Regis Hispania, Regem Poloniae Equitem aurei velleris
creantis, Regis Angliae Regem Svedia, Sereniss. Electores Sa-
xonen ac Brandenb. &c. inter Equites Aureæ Periscelidis re-
cipientis abunde probant; Quam dignitatum tamen collati-
onem ne minimam quidem inferre subjectionem, notius ar-
159 bitramur, quam ut de eo loquendum nobis sit. In Statu-
um territoriis quoque, perque omne Imperium Imper-
atori integrum est dignitatibus bene merentes, quique i-
psi videntur, augere; hincque tota die alios in Duces, Prin-
160 cipes, Comites evehi videmus; quamvis hoc Ius aliquantu-
lum restrictum voluerint Electores, per art. 44. Capit. Leop. ubi
Imperator promittit, se non promiscue omnes, sed quos &
merita

merita egregia commendant, & qui bona sufficientia possident ad sustinendam dignitatem, illa donaturum. *Vid. Dn. Eyben. Elec. Feudal. cap. 9. §. 6. Du. Crisius de Præcedent. lib. 4. Cap. 14. n. 5. seqq.*

Hoc quoad dignitates honorarias, attamen & Ecclesiasticas nonnunquam Principibus extra terras suas conferre licet, hocque jure Episcopus Salisburgensis tertium quemque creat Episcopum in Episcopatu Gurckensi, jure duorum successive constituendorum relicto domui Austriacæ. *Spreng. in Jpr. Publ. p. m. 391.* Rex Suediæ etiam in Capitulo Camminenii in ulteriori Pomerania sito certos Canonicos instituendi jure potitur. *Vid. supra alleg. Recess. Limit. art. 25.*

Ex dignitatibus profluit Præcedentia, ubi inquirendum, 162 quis Principum alteri extra territorium præferri debeat? & responderet forte aliquis, dignitatis hic habendam rationem, sic ut Dux Principi, Princes Marchioni, Marchio Landgravio, & sic porro anteponendus sit; sed erraret profecto haud levem errorem, qui sic determinandam rem putaret; nam ut taceamus alibi locorum Principum dignitatem Ducum, alibi Ducum Principum dignitate potiorem haberi, unicum nostrum Imperium satis nos docebit, gradus ejusmodi dignitatum in præcedentia non semper observari, jam enim Ducem Principem, jam Principem Ducem, jam Landgravios Marchiones, Marchiones iterum Duces antecedere, constat; Unde hæc res magis secundum observantiam, quam secundam gradus Dignitatum dirimenda videtur. Quoad exteriores nemo ignorare potest, quantum inter se de præcedentia controvertant, quantasque turbas cieant, si una in aula plurim forte Principum Regumque Legati concurrant. Ego putaverim, si Principes in tertio loco commorantes de præcedentia non convenire, nec Jus quæsumus etiam pro se allegare valeant (quale est Regis Bohemiæ, cui specialiter concessum in A. B. ut in actibus Imperialibus quemcunque Regem alium, quacunque etiam singulari-

38 CAP. I. DE PRINCIPALE JURA IN ALIENO

gulari dignitatis prærogativa fulgentem, quem quovis casu adesse forte contigerit, antecedat *Tit.*, *6.* verb. und sonderlich, daß der König zu Böhmi *et.* unverändert fürzehen sol. *Carpz. de L. Reg. C. iii. Sect. iii. n. 21.* Si, dico, tale Jus pro se allegare nesciant, vel forte rem dirimant, vel alternent, salvis sibi tamen semper per protestationem reservatis Juribus; Conf. de Universo Præcedentia Jure inter Principes Europæ ex professo agens *Jac. Andr. Crisius spec. tract.*

- 168 Lassantur manus, finemque primi hujus capituli exspectant, paucis ergo adhuc explicandum illustrissimum Wildfangiatus Jus, quod Sereniss. Palatinus tam in suis, quam proxime adstitis provinciis exercet, nec immerito forte illud dixeris complexum plurimorum fere Regallum, uti ex sequentibus patet. Sunt autem Wildfangii homines, Domino certaque societate Civili carentes, vel etiam, qui Dominum agnovere e-
170 quidem, aufugere tamen deinceps; hi si territoria illa, in quibus sibi vindicat hoc Jus Palatinus, intraverint, Dominum que intra annum non habuerint persequenter, in censum Palatinatus proprietorum hominum inque clientelam Electoris
171 recipiuntur. Recipiuntur autem etiam Spurii, in prædictis provinciis inventi, qui ipso jure Wildfangii sunt; vel etiam liberi homines cum propria matrimonium contrahentes. *Vid.*
172 Appendix Contin. XI. Diar. Europ. p. 361. Præstant autem tales homines proprii, 1. Præfecto in album ipsos referenti florenum, einen Fahrgulden. 2. Electori juramentum fidelitatis. 3. Annuum censum, qui vel ære consistit, vel in gallina, quam imprimis foeminæ dare solent. 4. Alicubi locorum Mortuarium, marito defuncto pecudum præstantissimam, uxore mortua vestium optimam solvunt. 5. Nonnullis in locis Angatias, operasque debent, alibi locorum sequelæ, lustrandi, similibusque juribus Electori sunt obnoxii. 6. Nonnulli Collectas oneraque publica contribuunt. 7. Alicubi solum si vertant cum familiis, Jus detractionis die Nachsteur præstant. 8. Si manu-

manumittendus quispiam sit, manumissionis pretium solvere tenetur. 9. Homo proprius, matrimonium contrahens cum persona alterius heri, poenam solvit, quam dicunt ungenoszen, ob fructum Liberorum defraudatum. 10. Jussibus Electoris certus in casibus obtemperate necesse habent, quem in finem Officiales Ministrosque suos in illis locis, ubi Wildfangii sunt, alit. 11. Multis in locis Tutores Curatoresque iis dat Elector, Inventaria confici jubet, rationesque reddi curat &c. &c. *Vid. Justitia caus. Palat. in Append. Contin. XI. Diar. Europ. p. 371.* cui addatur Laudum compromissarium a Commissariis Regiis Gallicis Svecicisque prolatum in controversia de Wildfangii orta inter Sereniss. Elect. Palatinum, & Moguntinum Confederatosque, recitatum a *Burgolden.* in notiz. *Rer. Germ. P. 1. Disc. 26. n. 12.* Ex quibus omnibus clarum 173 fit, quam pingue hoc Jus sit, quod in aliorum territoriis possidet Sereniss. Palatinus, quantumque Lucis ex unico hoc jure Disputationi nostra accedit. Audit idem Potentiss. Princeps Defensor des *Reßler Handwerks am Rheinstrom und Land zu Franken,* districtusque, in quibus hoc jure fruitur, specialiter expressos videre licebit in privilegio super hoc jure Palatinis concesso, & a *Limnaeo* relato in L. m. *Jur. Publ. C. 9. n. 83.*

Quæstio: quo usque Princeps impune agat in alterius terris, vel, ut melius dicamus, an certo casu puniri possit a territorii Domino, quamvis etiam moveri hic posset, quia tamen sic se Princeps non tam active quam passive habere nobis vindetur, in præsens illam omittimus, ore tenus nostram sententiam desuper dicturi, si forte id desideretur. *Coronidis ergo 176 loco addimus, omnia, quæ ad voluntariam Jurisdictionem pertinent, libere exercere Principem in alienis territoriis, quæ pluribus cap. ultimo deducenda, siveque, fine imposito Capiti huic primo, progredimur ad*

CAP. II.

40 CAP. II. DE SUPERIORITATE PRINCIPIS

CAPVT II.

DE
SUPERIORITATE PRINCIPIS IN SUO TERRITORIO
EXERCITA, ET AD ALIENUM TERRITORIUM
EXTENSA.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|---|
| Quid in hoc Cap. tractandum ven- | Bannitum ab Imp. an Status recipere pos- |
| at. | fit? |
| Differunt esse de territorio & in terri- | n. 46. |
| torio. | An ab Imperatore restitutis bona in Sea- |
| n. 2. | tus ditione antebac possessa recuperet? |
| Forensis Collectis non est subiectus. | n. 47. |
| Forensis Collectis est subiectus n. 4 seqq. | Jus Legitimandi. |
| Probatus posterior exemplum Mercatorum | n. 48. seqq. |
| exteriorum. | An illud extra territorium se extendat? |
| n. 6. | n. 50. seqq. |
| Elisabethe Anglia Regina modus mutu- | An Nobilitatus ab Imperatore extra Im- |
| tuandi pecaniam ab exterioris mercato- | perium pro tali habendum? |
| ribus. | n. 56. |
| n. 7. | Quid de Nobilitatis a Statibus dicen- |
| Pensatio Oresundica Lastgelb. | dum? |
| n. 8. | n. 67. |
| Applicatio borum exemplorum ad Colle- | Nobilitati ab Austria & Palatino ubi |
| glas. | que valent. |
| n. 9. | n. 68. seqq. |
| Respondetur Objectioni a diversitate sum- | De Comitibus Palatinis, eorumque pote- |
| pita. | state nobilitandi. |
| n. 10. | n. 70. |
| Quatenus a Clericis & Monasteriis exi- | Consideratio Demissionis Velorum, |
| gantur Collectae. | Seegelstreichen, ubi incidenter de Im- |
| n. 11. seqq. | perio Maris. |
| Operatio certorum actuum Jurisd. in a- | n. 71. seqq. |
| lieno territorio, remissio | Quid inter Anglo Batavosque circa ca- |
| n. 14. | am gestum fuerit. |
| Pena in territorio inflicta ad aliud ex- | n. 72. seqq. |
| tenso. | An extructio Fortalitorum in propriis |
| n. 15. | finibus a vicino probiberi queat? |
| Confiscatio ob Crimen lese Maj. Cef. o- | n. 77. seqq. |
| mnia bona afficit. | Exempla hoc jure prohibendi gaudientia- |
| n. 16. | am. |
| Quae ex illis bonis cedant Cesari, queve | n. 83. seqq. |
| Territorii Domino. | Quid in concessione Nundinarum & Sta- |
| n. 17. | pulae in Imp. observetur. |
| Quid ratione bujus Criminis circa E.L. | n. 87. seqq. |
| ceteros Status statuendam. | Archivi valor extra territorium. |
| n. 18. sqq. | n. 93. |
| Gratia delicti imperrata an tutum quem | Instrumentorum valor extra Territori- |
| praestet in alieno territorio? | um. |
| n. 20. | n. 94. seqq. |
| Jus Aggratiandi. | Quid de Literis moratoriis dicendum? |
| n. 21. seqq. | n. 97. seqq. |
| An gratia iuri suspenditum merito facili- | An Moneta extra Territorium valeat? |
| effectum habeat, si in alieno territorio | n. 99. |
| deprehendatur? | n. 100. |
| n. 23. seqq. | Egimus |
| Distinguuntur causus circa effectum gra- | |
| tie. | |
| n. 30. seqq. | |
| Jus restituenda Famæ. | |
| n. 42. seqq. | |

Finis Cap. II.

E Gimis priori Capite de potestate principis in alterius territorio, seu, quatenus Princeps nonnulla jura in territorio exercere valeat, jam videndum, quid Princeps in suo agere queat, cuius effectus tamen se extendant in alienas usque provincias, seu extra territorium. Dum autem phrasl hac utimur, intelligi simul volumus ea loca, quæ quidem in territorio sita, h. e. intra limites territorii continentur, non tamen de territorio sunt, h. e. jurisdictionem agnoscunt, ipsique subjecta sunt *vid. art. V. §. 24. verb. de velin territorio J. P.* Possè enim in territorio dari locum aliquem exemptum, modo exemptio probetur, certum est. *Klock. Vol. I. Concl. 10. n. 1. seqq.* Et ita bona Clericorum esse in territorio, non tamen de territorio, volunt Canonistæ, merito reprehensi a *Dn. Zieglero ad Lancellott. lib. 2. Tit. 20. §. 14. verb. intra illorum territorium.*

Hanc autem distinctionem non solum in bonis immobilibus, sed & in ipsis personis obtinere credimus: & quo usus ejus statim patescat, investigabimus, an collectas impositas forensis præstare teneatur? Est profecto hic in territorio, non tamen de territorio, hincque etiam regulariter decidunt, immunem eum esse ab ejusmodi oneribus, ex ratione, quia collectæ imponantur ratione jurisdictionis in personam, quæ principaliter ratione rerum obligata est, competentis; Actus vero jurisdictionis non possit in forensem & non subditum exerceri; deinde quia etiam forenses nec honores nec commoda loci percipiunt, ergo nec Collectis debeant onerari. *Klock. de Contrib. Concl. 26. lit. A. ab eo que citatus Natta, altique, quæ quamvis vera sint, fallere tamen regulam, casusque esse, ubi & forenses huic oneri subdantur, experientia docet. Sic enim aliquando Consuetudo, Statutum, Privilegium, publicaque necessitas eorum subsidia exposcunt. Klock. cit. I. Concl. 28.* Cujus necessitatis unicum illudque facile illustrissimum, ne prolixius nos exhibeamus, dabimus exemplum, nimurum

42 CAP. II. DE SUPERIORITATE PRINCIPIS

mirum, nemo dixerit, regulariter Mercatores exteros colle-
 7 ctari posse ob merces, quas transvehunt, ac pro quibus vesti-
 galia, portoriaque solvunt, posse tamen hoc fieri, necessitate
 sic jubente, argumentamur per bonam consequentiam ex fa-
 cto Elisabethæ, quæ vi Dominii eminentis A. 1568. magnam
 vim pecuniae a Genuesibus Italisque Mercatoribus in portum
 Anglicum, persequentibus Gallis, delatis, mutuo sibi dandam
 exegit, causam addens, quod Subditi jam sint temporarii, qui
 æque ac veri necessitatibus Reipubl. succurrere, suaque ipsi ac-
 commodare tenerentur. *Vid. Cambden. P. 1. sub fin. d. Ann.*
Bæcler. in Grot. L. 1. c. 1. p. 118. qui addit ex eodem Cambdeno
 8 exemplum pensitationis Oresundiae Lastgeld, qua trigesima
 pars mercium omnium mutui nomine, ardente inter Svecum
 & Danum bello, exacta fuit, cum promisso, ut bello finito re-
 9 funderetur. Loquuntur quidem exempla hæc non de im-
 positis exactisque Collectis, sed de pecunia certa, fiduciaria cau-
 tione interpolita, mutuo sumta; at credimus, æque facile il-
 lud licere, quam hoc, Reipubl. Si enim cogere potest foren-
 sem, transgredientemque, ut omnibus suis bonis succurrere
 teneatur laboranti Reipubl. quidni etiam, ut certam mercium
 partem, eamque haud ita magnam, collectæ nomine solvat?
 10 Objicis: minus esse, mutuo dare sub certa assecuratione restitu-
 tionis, quam præstare Collectas sine omni spe quicquam recipi-
 piendi. Resp. posse Rempubl. in remittendis vestigalibus
 portoriisque pacis tempore leve damnum datum abunde
 refarcire; immo præstare mercatoribus, summam aliquam
 Reipubl. in totum cedere, quam omnia, quæ secum velunt,
 mutuo dare, sive perdere tempus interesse aliquod lu-
 crandi.
 11 Ea, quæ diximus superius de forensibus non quidem or-
 dinarie, certis tamen casibus collectandis, procedere quoque
 putamus in Clericis, eorumque Monasteriis, bonisque, quæ quam-
 vis regulariter ejusmodi onera ignorent, exemptaque sint a Ju-
 nisi-

ridictione, ac ut putant, in territorio magis, quam de territorio: non tamen subterfugient ea, quæ vel ad murorum, viarum, pontium, fontium &c. refectionem, inque bonum commune, utile & necessarium cedentia, conferuntur. *Klock. de Contraib. concil. 34.* Quod si exemptionem privilegiaque allegabunt, responsi loco habebunt, quod Elisabetha Hanseaticis privilegia obtendentibus respondit, cessare privilegia, utpote Leges privatas, publica Salus, qua Lex suprema, aliud si exigit. *Bacler. in Grot. L. 1. c. 1. p. 118.* qui pag. tamen sequ. ad. 12 dit, quod probe prius excutere debeant conscientias suas Principes, considerareque, quo animo, quoque necessitatis ratione ad eminentis hujus Imperii exercitum venire debeant, eaque eligere media, quæ vitare, quantum possibile satius erat.

Dicta nostra Sententia de Collectandi Jure forenses, per- 14 *geremus dicere de actibus aliquibus Jurisdictionis in meo ter-* ritorio exercitis, in alienoque operantibus, v. gr. de lata sen-*tentia in meo territorio, [exequenda in alieno &c. at cum scia-* mus, quæ diffusa sit hæc materia, quamque accuratam singu-*laremque requirat tractationem, ne parcus quid de eadixisse* videamur, quæ par est, omnem eam rejicimus in Caput ultimum, quod ista materia totum sibi vindicabit. *Tribus ve-* 15 *ro. hic addimus verbis, solere quandoque poenam, in uno* territorio infictam, ad aliud quoque extendi; sicque testatur *Carpz. P. IV. Conf. 47. D. 4.* bannitos ex Electoratu Sa-*xonico, ex Episcopatibus Misnensi, Martisburgensi, & Naum-*burgensi quoque relegatos censeri.* Imo nec hic reticendum,*

16 *eum, qui Crimen læsa Maj. commisit in Imperat. æque po-* enam sentire quoad confiscationem bonorum in Statuum ter-*ritoriis sitorum, quæ quæ immediate, vel sub Imperio, vel* quoque in hæreditariis Cæs. provinciis possederat; at hoc cum grano salis: ut illa non Cæsari cedant, sed Principi territorii, in quo reperiuntur; quod tamen iterum exaudiendum puta-*mus de bonis tantum immobilibus, non mobilibus, e.g. Re-* 17

44 CAP. II. DE SVPERIORITATE PRINCIPIS

- us sit Austriae aliquis prædicti criminis in Cæsarem, qui ta-
men immobilium æque ac mobilium bonorum dominus est in
Marchia sitorum; jam confiscatione facta quæritur, ad quem
pertineant? & respondemus: immobilia pertinere ad princi-
pem territorii, seu, secundum hunc casum, ad El. Brandenb.
Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 52. l. B. Zaf. L. 2. Conf. 17. Klock
de arario l. 2. c. 136. n. 16. mobilia vero ad Cæsarem, cum hæc
personam sequantur, & per consequens ad domicilium ejus
referenda, cum in alio loco sita non dicantur *Gail. L. 2. obs.*
124. n. 18. Sande decis. Friso. l. 4. t. 8. def. 7. §. aliud. judic. Dn.
- 18 *Praes in tr. de success. ab intest. disp. 4. n. 44.* hunc effectum
in punitione Criminis Læsi Maj. in Cæsarem commissi obtine-
re etiam statuimus quoad Electores, per cap. A. B. 24. non ve-
ro in cæteris Statibus; quamvis enim & in hos tale Crimen
committi possit, ob superioritatem territorialem, quam habent,
hincque bona in territoriis suis sita fisco applicare queant, non
tamen extendetur hæc confiscatio ad bona extra territorium
reperta, quia lex hic cessat, & illa prærogativa Imperator ac
Electores, vi præminentiae alicujus gaudent. Quod tamen
iterum limitamus, si forte crimen hoc patratum sit in Prin-
cipi, habito certo respectu ad Imperium, vel Imperatorem, v.
g. si ille Princeps egregiis meritis pro Imperio se insigniret,
strenuique Ducis gereret personam; si ergo, ut illo frauda-
retur Imperium, aliquis tale Crimen admitteret, hoc casu ite-
rum confiscationem obtainere arbitraremur non tantum illo-
rum bonorum, quæ in Territorio læsi Principis habet, sed
& ubicunque in Imperio sitorum, & hæc omnia arg. L. 5. C.
ad L. Jul. Majest.
- 20 Ubi supra jurisdictionis, extra territorium exerceri quan-
doque solitæ, exempla afferebamus, ibi subjecisse nos quædam
n. 71. de jure Aggratiandi, eodem modo competente, adhuc
recordatur; jam operæ pretium erit videre, an gratiam con-
secutus in meo, vi ejus, tutus quoque sit in alieno territorio.

Et

Et quidem Jus hoc Aggratiandi, seu remittendi poenas delinquentibus, inter præcipua Jura Principum referri, Superioritate territoriali annexum esse, Carpz. Prax. Crim. qu. 150. n. 8; ab omnibusque annumerari Regalibus, Peregrin. de jur. ffcii L. 5. T. 2. n. 1. seqq. Petr. Heig. Quæst. Illustr. P. 2. qu. 22. n. 6. notissimum credimus; ut proinde dubium haud remaneat, Principem in suo territorio gratiam delinquentibus concedendi licentiam habere; quæ licentia tamen suis quoque inclusa est limitibus, haud enim semper, quod liber, licet; quamvis bono Principi nunquam libere, quod non licet, soleat, ut pote qui omnia, quæ contra bonos mores, jurisque divini præcepta sunt, pro impossibilibus reputat, seque ea facere posse non credit arg. I. Filius 15. ff. de Condit. Instit. Jus ergo 22 Aggratiandi eousque, vel iis in delictis, competere Princi statuimus, quoisque Juri divino id non contrariatur, vel quibus delictis summum Numen certas suas nondum dictavit poenas, has enim remittendi potestatem bonus Princeps, cum quo nobis hic loci res est, attribuere sibi nunquam audebit. Verum ut in viam redeamus, quæstionem formamus: *An gratia a Principe facta furi, patibulum merito, in alieno territorio effectum habeat, si ibi deprehendatur?* Sane ex deprehensione aliquem in Criminalibus forum sortiri, & inde Judicem deprehensi competentem fieri, nota inter Juris Interpretis sententia est videlicet Brunnem. in Proc. inquisit. c. 3. n. 6. quodsi per deprehensionem competens sit, disquiritur, an gratia ab alio Principe facta puniendo licentiam auferat Princi deprehendenti? Fatemur; non deesse, quæ dubios nos reddant, ne generali decisione expedire nos valeamus; Absolutum enim in uno territorio in alio iterum non posse conveniri, nisi per sordes aut collusionem absolutus sit, certum est, pluribusque demonstrabitur Cap. Disp. nostræ ultimo; atqui gratia a Principe concessa est loco absolutionis, ut hinc nec hæc uni territorio includenda, sed ubi vis aggratiatum ulteriori inquisitioni & po-

46 CAP. II. DE SUPERIORITATE PRINCIPIS

26 nā eximere debeat. At quis non advertit, quātum inter
 Actus Gratia, & Justitia interstet? Si absolutus in uno terri-
 torio delinquens est, innocentiam suam satis probasse censem-
 tur, nec poterit talis salva justitia, quā una eademque in om-
 nibus territoriis est, sine aliis novis & antea incognitis evi-
 dentibus indiciis in inquisitionem trahi, cum exigētē Justitia
 27 absolutus sit. Gratia vero ex mero Principis arbitrio ac bēne-
 placito dependet, & hinc Principem alium, ut ipse pariter con-
 cessam gratiam rati habeat, constringere non potest. Alterius
 28 enim simplex beneplacitū mihi, qui Jus depēndens ab illo
 non habeo, nullam prorsus necessitatem idem faciēdīm-
 29 ponere potest. Et quod Jus uni Principum competit aggredi-
 tiandi, illud alteri competit inquirendi & puniēndi. *non s̄ loq*
 30 Interim ne gratiam Principum penitus includamus in
 tra sua territoria, distinguendos Casus arbitramur, an gratia
 31 concederit Princeps delinquenti *subdito*, an Extraneo in suo
 territorio ob delictum alibi commissum deprehensor. *Priori*
casu gratiam illam aggratiato in unoquovis loco prodesse ex-
 32 istimamus. Ipse enim Princeps, qui præcipue per delictum
 Iesus, & quidem ab illo, quem sibi subjectum habebat, sine
 dubio plenarie injuriam remittere poterat; In qua remissione
 cum ceteri Principes nullum int̄ḡs̄ habent, ipli ignoran-
 tibus, imo & invit⁹, quin de delicto dispensare possit, nulli
 33 dubitamus; quod si hoc possit, haud videmus, ob quam cau-
 sam aliis gratia concessā indulgeri debeat impugnatio. Dice-
 res: Atqui exteri Principes, per deprehensionem delinquen-
 tis, Jus inquirendi & puniendi consequuntur; verum hoc ad-
 mitteremus, si ante imētratam gratiam ipsum deprehendis-
 sent; jam enim, ea consecuta, pro delinquentे amplius ha-
 beri nequit; & sicuti injuria remissa, injuria esse definit, sic
 etiam idem quoad alia delicta verum manebit. Et breviter,
 34 obtinebit hic perulgatum J. Ctorum axioma: Regs jam tum in
 cum Statum pervenit, ex quo incipere non poterat; unde de-
 pre-

prehensio aggratiationem subsequens nullam Principi extero
Justribuere valebit.

Sed hoc ita intellectum volumus, si ille aggratiatus v. 35
gr. Fur, etiam sub suo Principe furtum commiserit; si enim
Delictum in alieno territorio patraverit, putamus, Principem
loci delicti mox jus inquirendi & puniendi consecutum esse
per l. i. C. ubi de Crim. l. 3. pr. ff. de re milit. quod per alterius
aggratiationem auferri sane ipsi non potuit; si jam ergo con- 36
tigerit, eum qui deliquerit, gratia licet consecuta a suo Principe,
in illo territorio, ubi peccaverat, deprehendi, in arbitrio Prin-
cipis deprehendentis situm esse putamus, an gratiam ab altero
imperatam ratihabere velit, an non. Interest enim ipsius, 37
ut non impunita in suo territorio admissa maneat delicta,
vel etiam proniores ad turbandam suam Rempubl. inibique
delinquendum reddantur homines exteri, si a suo solummo-
do Principe desuper accepti Gratia, Domini territorii, in quo
deliquere, severam vindictam vereri amplius non haberent.

Posteriori casu, si alterius subdito in suo territorio pec- 38
canti gratiam faciat Princeps, idem, quod modo diximus de
subdito suo, in alieno territorio delinquente, afferendum pu-
tamus, sc. gratiam illam ordinarie non extendendam ultra ter-
ritorium, aut in præjudicium illius Principis, cuius est subdi-
tus. Nam & hunc Principem, mox ubi delictum commissum, 39
Jus inquirendi & puniendi nancisci ob locum domicilii, quod
hoc Jus tribuit, notissimum credimus. *Tessaurus Dec. 90. n.*

2. Farinc. quæst. 7. n. 20. Insuper hic speciale interesse concurrit, 40
quod ita Princeps subditum suum, alibi delinquentem, in nu-
merum Civium recipere & impunitum dimittere deberet, ex
solo alterius Principis beneplacito; cum tamen ejus intersit,
bonos habere Cives, & a facinorosis hominibus provinciam
purgare, *L. Congruit. 14. ff. de Offic. Präf.* Sicque putavimus, 41
salvo meliori judicio, decidi posse casus hosce, nec enim Au-
toris cuiusdam vestigia, cum nullibi hoc thema de extensione

gra-

48 CAP. II. DE SUPERIORITATE PRINCIPIS

- gratia extra territorium exacte tractatum invenire potuerimus;
premere licuit.
- 42 Antequam tamen penitus deseramus Jus hoc Aggrati-
andi, paucis attingendum videtur *Jus restituenda famæ*, quod
43 aliquam connexionem cum illo habere cedimus. Non au-
tem prolixí erimus in quæstione: *An Principibus Imperii Statt-
busque hæc potestas competit, cum jam penes omnes fere Au-
tores affirmative istam decisam reperiamus.* *Besold. in Delib.
L. 1. fol. 61. ac consil. 117. Bocer. de Regal. c. 2. n. 15.* ista potius
nos habebit quæstio: *An subditus a Principe Imperii famæ re-
stitutus pro integra ac legali persona ubique in Imperio, etiam ex-
tra territorium restituentis, babeatur.* Ubi distinguendum ar-
bitratur, an *Lege provinciali* irrogetur infamia, an *Lege ac Re-
cessibus Imperii*; illo casu vix dubium, quin omnia pristina ju-
44 ra, sive illæsam famam recuperet, cum Princeps Legem con-
dens contra eam quoque dispensandi facultatem retineat. *arg.
l. 1. ff. de qua ff. de Postul. Bocer. d. Tr. n. 16. Besold. in Delib.
L. 1. fol. 62.* hoc negativa placet, cum, quod totum aliquod Col-
legium conclusit, ab uno alteroque in particulari tolli vel mu-
tari nequeat; hoc vero fieret, si, quam omnes Status alicui
46 infamiam dictarunt, unus alterque eam remittere vellèt. Hinc
neque bannitum ab Imperatore in territoria sua recipere pos-
se Status, vult *Besold. c. l. nisi specialiter hoc ipsis indulsum*
sit, quod factum legimus sopia A. 1525. rusticorum seditione,
ubi Carolus V. ipsis permisit, ut rebelles subditos, in bannum
Imperii declaratos, infamia nota eximere possent. *per Reichs-
Abschied de A. 1526. §. Und wiewohl der gemeine Mann ic.*
- 47 Inserimus hic quæstionem: *An ab Imperatore famæ bonis-
que restitutus illa quoque recuperet bona, quæ in Statuum terris
possidebat, cum condemnaret?* Et diximus supra, ob crimen in
Imperatorem admissum, applicuisse sibi Status bona delinquen-
tis in territoriis suis sita, unde videbatur, redire iterum debe-
re ad inquisitum bona, si veniam delicti ab Imperatore, up-
te

te in quem peccaverat, consequeretur. At vero *negando* respondeamus; cum Jus quæsitum jam habeant Principes in illis bonis, quod tam facile per gratiam ab altero factam intervertinequit.

Ab infamia abolitione haud longe abest *Natalium restitutio*, quæ aliis Legitimatio dicitur, fitque, quando principes incestuosis, spuriis ac naturalibus infamiam a primo lucis ortu acquistam per rescriptum abolent, eisque Jura Ingenuitatis concedunt. *z. z. de Natal. restit. Schrad. de Feud. P. 10. Sect. 1. n. 34. Linn. ad Jus Publ. l. 2. c. 9. n. 142.* qui quidem adducit *Bocerum de Regal. c. 2. n. 112. & Chaffan. in Consver. Burgund. s. de success. bastard. &c. hoc Jus Electoribus, Ducibus, Marchionibus, &c. in propriis quoque suis territoriis denegantes:* At vereor, ne incerto tali nitatur eorum opinio, facileque queat everti; cum sc. jurium omnium, quæ excogitari saltem possunt, in territoriis suis Status Imp. habeant exercitium, exemplumque, quoad Juris legitimandi usum, præbeat Elector Brandenb. *Joachimus II. qui aliquem legitimavit, postea in Collegium der Gewand Schneider receptum. Knippebild. de Jur. civ. Imp. L. 2. c. 4. n. 102. seqq.* Nos sententiam hanc⁵⁰ pro certa assumentes paucis occupabimur in illa quæstione: an Legitimus a Principe Imperii pro Legitimo babendus etiam extra territorium, ubi de Successione Legitimi casus incidit? Affirmat eam *Stephani de Jurisd. L. 1. c. 33. n. 27.* non solum de suo subdito, sed & alieno, imo & extra territorium Legitimo, sic ut talis succedere possit, vi hujus Legitimationis, in bonis quoque istis, qua in alterius territorio sita reperiantur, dummodo illa Legitimatio ad preces Patris facta, cuius voluntas maxime, secundum *Forsterum de success. L. 6. c. 34. n. 26.* introspicienda, consentientibusque iis, quorum interest. *Mylerus ab Erenbach de Statib. Imp. P. 2. c. 54. n. 10. &c. quoad 51 suum subditum tantum id procedere credit, ex ratione, quod personam res sequatur, & actus voluntariae Jurisdictionis, ad quos Legitimationem referre amant arg. l. fin. ff. de his, qui sunt*

50 CAP. II. DE SUPERIORITATE PRINC.

*sui vel alien. jur. ubique vigorem suum obtineant arg. L. 30.
§. 1. ff. de Excus. Tit. I. 2. ff. de Off. Procons. non quoad alium.*

32 Sententia assumenda, certe posteriori subscribamus, quo-
ad subditum suum saltem legitimandum, ut valere possit ex-
tra territorium; non quidem quoad bonorum immobilia
successionem, quia hæc sequuntur jura loci ubi sita, præviam-
que cognitionem, ne aliis successuris præjudicetur, requirunt;
sed quoad fornari, sic ut ejusmodi Legitimato nulla nativita-
tis macula amplius objici queat, ubicunque etiam fuerit. Quod
idem in bonis mobilibus observandam putamus, nam in his
secundum statuta loci, ubi defunctus deceperit, succeditur. Gail.
lib. 2. Obj. 14. n. 19. si ergo sub legitimante deceperit defun-
ctus, omnino legitimatus ad bona mobilia, extra territorium
sita, admittendus. Quod alias pro generali extensione hujus
legitimationis urgent, scil. Vicinum decere vicini comiter
tueri jura; respond. Civilitatis tantum hoc esse, haud neces-
sitatis, unde conveniri eum non posse, qui cum causam a me
54 non habeat, mea quoque facta ratihabere renuit. Ad alteram
Obj. actus Jurisdictionis voluntarie ubique obtainere; Resp.
quotusque voluntariam Jurisdictionem non excedunt, quodsi
causæ cognitione opus, quæ ordinarie in successione bonorum
intervenire solet (nam quotusquis Legitimatus cum bona
pace legitimoran hæredum admittitur) voluntaria Jurisdic-
tionis in contentiosam mutatur. Et sane Legitimationem Jurisdi-
ctionis esse, nondum evictum est.

33 Sed sufficiant hæc de Legitimatione reversuris ad alia Ju-
ra, potissimumque Dignitatum valorem extra territorium,
quarum collationem in Imperio Romano Reservatum Cesa-
ris esse, primo Capite diximus. Hoc capite jam inquirendum,
an ab Imperatore in Imperio creati Nobiles extra illud quoque va-
leant? Sunt certe, qui illud negare volunt, Linnaeusque Lib. 6.
c. i. n. 26. ad Jus publ. contra Noldenum instantia petita a Ma-
gistratu, quem in alio Regno pro Magistratu haberri negat,
rem

rem facile expeditri posse autumat; Et certe sunt rationes, quæ 57
 pro iis facere videntur, sic enim primo Dignitatum collati-
 onem regulariter fieri debere ob merita ajunt, merita vero
 ordinariæ Rempubl. non excedere, ergo nec præmia merita
 ista compensantia. Deinde haud posse Rempubl. unam alteri
 præscribere, quomodo intra limites suos agentes habere, vel
 pro quibus reputare eos velit, fieret vero hoc, si præcise pro
 Nobilibus hic loci reputandi essent, quos alterius territorii
 Dominus hac dignitate donavit. At vero si penitus rem ex- 58
 cutiamus, contrariam sententiam æque multa pro se habere,
 negari haud potest. Sic enim primum omnes Dignitates
 fundamentum habent Virtutem, sine qua Nobilitas nunquam
 esse potest, utpote alias non præmium amplius futura. *Dn.*
Becman. in Medit. Pol. Diff. 16. n. 2. *Virtus vero tam angustos* 59
 non admittit cancellos, ut extra territorium non valeat, sed
 se ubique diffundit, neque minus in his quam in illis terris
 æstimari vult. Est equidem objectio, ob egregia facinora in 60
 Rempubl. nobilitari aliquem; Sed respond. non esse hæc sibi
 contraria, ob merita in Rempubl. & ob virtutem nobilitari,
 cum hæc sint subordinata, factaque egregia fieri nequeant,
 nisi a Virtuoso. Non affirmo, ideo aliquem ab extera Republ. 61
 Nobilem debere censeri, quia se frugi Subditum præstigit suæ
 Reipublicæ, sed ideo, quia virtuosus est, publicumque sic me-
 retur testimonium. Quod attinet Rempubl. unam alteri præ- 62
 scribere posse &c. ad id respond. neque hoc fieri, sed ipsam
 Virtutem, quæ in Nobilitato eluet, hoc facere. Instantia de 63
 Magistratu eousque quidem toleranda est; ut talis extra terri-
 torium pro Magistratu h. e. jurisdictionem actu exercente ha-
 beri nequeat, interim tamen Charactere non privatur, vel ho-
 nore ob dignitatem Officii ipsum concordante. Poterat e- 64
 tiam dici, diversitatem esse haud levem inter Magistratum ac
 Nobilem, cum Magistratum esse dignitas sit Officiaria, pote-
 statem habens aliquam conjunctam, certo loco tamen alliga-
 tam,

tam, extra quem extendi non potest; contra *Nobilem* esse,
 Dignitas sit honoraria, personæ inherens, nullumque ad lo-
 cum restricta. A diversis vero male inferri, quemque scire
 65 arbitramur. Taceo, quod videretur sic Respubl. ab altera
 nobilitatis non admittens, iudicium sibi sumere de ejus fa-
 ctis; quasi scilicet indignos ad hanc dignitatem promovisset,
 quod certe naturam Reipubl. presupposito axiomate, *Rempubl.*
universali præditam esse intellectu, si non penitus interverteret,
 diminueret tamen multum, haudque levia turbarum semina
 in orbe terrarum jaceret. Omissis ergo aliis argumentis, quod
 sc. dignitatum collatio sit Juris Gentium, hoc vero moratio-
 res Gentes ex æquo obligit, quod etiam sic non parum dis-
 difficultatis addereretur congressibus, Commerciisque Rerumpubl.
 si altera ab altera missis eo respectu privare vellet, quem mit-
 66 tens tamen inditum ipsis voluisse; Omissis, dico, his simi-
 libusque concludimus, (quod etiam praxis desiderat, cum in-
 ter omnes Gentes ex composito quasi sic observari videamus,
 ut Germanus Gallum, Gallus Italum, hic Hispanum, ille An-
 glum iterum Danumque, & sic porro pro Nobilibus in suis
 quoque Regnis habeat) jure reputari Nobilem in alio terri-
 torio creatum, in alio commorantem; dummodo a tali Domi-
 no dignitate illa fuerit donatus, cui Jus hoc in generalitate sua
 67 competebat. Requirimus vero generalitatem hujus Juris, ad
 distinctionem illius, vi cuius in territorio suo quilibet Status
 Imperii hodie Nobiles creare potest, non tamen gavisuros hac
 prærogativa, nisi intra territorium; cum in Imperio uni Imper-
 ratori competat Jus hoc nobilitandi, eo cum effectu, ut pro
 talibus per universum Imperium habeantur. vid. Cap. i. n. 156.
 Sunt tamen & Status aliqui, quibus per privilegium concessum,
 ut quos in suo crearint territorio Nobiles, per universum
 Imperium quoque, non minus ac ab Imperatore facti, vale-
 68 ant. Sicque Serenissima Domus Austriaca privilegium habet
 in omnibus ditionibus suis creandi Comites, Barones, Nobili-
 les

les &c. valituros ubique, verb. In alienis ihsen Landen, Herrschafften und Gebieten, als oben gemeldet ist, Graffen, Freyherrn, Ritter, Knechte, &c. Linn. ad Jus publ. L. 5. c. 2. in Diplom. Caroli V. omnia privilegia Domus Austriae contingente, ubi recte etiam notat L. 6. c. 1. n. 34. erroneam Fritzii assertionem, statuentis, Archiducibus Austriae non solum in suo Archiducatu, sed & in toto Imperio Dignitates has conferendi Jus competere. Similem potestatem vi privilegii vindicat sibi Elector Palatinus, teste eodem Liminae L. 3. c. 9. n. 82. &c. Iterum; Nobiles a Comitibus Palatinis germ. Käh. 70 serliche Pfalz und Hoffgraffen, ex privilegio Cæsaris creati, per totum Imperium valebunt. Brautlacht. L. 4. c. 5. n. 11. Qui plura de Comitibus hisce Palatinis, (quos solus Imperator creat,) eorumque potestate ac juribus legere desiderat, consulat Sixtin. de Regal. L. 1. c. 4. n. 103. seqq. Jacob. Otton. de Legitimatione Illegitimorum, qui hinc inde, quid valeant, agere, spargit, tandemque Diploma privilegii sibi concessi subnecit, p. 64.

Verum ne, dum de territorio ita solliciti sumus, terræ 71 toti videamus adscripti, liceat paulisper nos mari committere & quid hic vicini territorii Dominus possit, lustrare. Vix ve- la ventis commisimus, & mox ipsa vela nobis disquirendi præ- 72 bent occasionem. An Regnum a Republica vicina Velorum demissionem prætendere queat, extra territorium etiam? quæ- stionis non inelegantis est; Et sane fundamentum ejus ponen- dum erit in Imperio Maris, quod an detur, nostrum hic non est dicere; sufficiat allegasse Grotium Mare liberum, Selenum Mare clausum propugnantes, potissimumque instantias pro mari libero allegatas resolutas hodie esse; quarum alteram, Mari non posse insigfi limites, Crom wellus jam tum diloit, cum pa- 73 cificatione Anglo-Belgica A. 1654. Belgas intra decem a litto- ribus Anglicanis milliaria abesse juberet. Unde si milliaria in mari determinari poterant, certe nec limites plane respu-

54 CAP. II. DE SVPERIORITATE PRINCIPIS

et, præfertim cum & nautæ terminos in mari constitutos satis
 74 bene noscant. Alteri a vastitate Oceani desuntæ, quodque om-
 nibus æque inservire queat, facile satisfiet per contrariam instantiam,
 quod & terra vasta, omniumque usum explere potuerit,
 & nihilominus tam in certas partes divisa, exquisitissimeque
 75 limitibus determinata sit. Quoad nostram questionem recor-
 damur, velorum istam demissionem, vulgo Segelsreichen,
 prætendisse a Batavis Regem Anglia, nec non inter potissi-
 mas belli Anglo-Belgici A. 1672. causas retulisse, quod istud
 76 facere recusarint. Et sane cecidere causa Belgæ, dum inter
 pacis articulos A. 1674. inter illos Anglosque conditos, quarti
 tum eundemque principalem hunc ponit oportuit: *Belgas a-
 gnosceret, penes Regem Anglia esse Jus poscendi demissionem velo-
 rum, eoque naves suas imposterum, seu solitariorum sint, seu multæ,
 navibus Anglicanis seu Solitariis, seu multis simul navigantibus,
 si vexillum Régium cum literis J. A. C. (h. e. Insigne Angli-
 ca Coronæ) habeant, banc demissionem velorum præstitturas, id-
 que futurum inter Promontorium, seu Capo Finis terræ, & locum
 in Norwegia l' Land van Staaden &c. vid. Dn. Beclman. in
 Coll. ad Europ. viv. sub Regno Anglia de Imper. mar.*

77 Sed revertendum nobis ad portum est, ne fluctibus ab-
 ripiantur nimium, & promissi antea dati existamus violato-
 res, hinc quid n. 113. Cap. i. in nos receperimus, memores, in-
 vestigamus: *An aliquis probiberi possit a vicino, ne infinitus suis
 propriis erigat manimenta, fortaliaque? Sane Albericus Gentilis,
 de Jur. bell. L. 3. c. 21. id haud licere Principi, pro certo
 asserit, fundamentumque sua assertionis ponit potissimum in
 Praesumptionibus, cum dicit, colligi ex tali ædificatione nocen-
 di animum; injustum esse, ut alienis foribus castra veluti ad-
 moveantur; tandemque ad æmulationem ædificare non lice-
 re; sed accurate omnino ad singulæ hæc argumenta respondet
 78 o n d u Ziegler, in Disp. de Fortalit. th. 10. seqq. primoque repo-
 nit, utut maximum ex fortalito damnum dari queat vicino,
 id*

id tamen præsumi in dubio non debere, & hinc recte Grotium arcis in finibus structas tum deorum inter argumenta pacis rupta referre, si non tuendi sed nocendi gratia ædificata fuerint L. 3. de J. B. ac P. c. 20. n. 40. cum principalis eorum scopus sit, ut provinciam tutam præsent; nec suffici-
entem causam intermittendæ ædificationis, seu privandi Ju-
re Principem, quod in suo habebat, esse, datum aliquod inde metuere vicinum. Ad secundum regerit, a diversis & plane 79
separatis argumentum duci, cum ad eundem finem haud colli-
ment, ædificatio fortalitii, admotioque castrorum; ex illa
enim defensionem, ex hac hostilitatem directe colligi. Quoad 80
tertium, ex æmulatione ædificari non debere, consentit, si,
quid ad æmulationem ædificare sit, intelligatur. Indigitare
vero phrasin hanc, malitiose ædificare, nec ullam exinde
capere utilitatem, quod vix de Rep. in solo suo ædificante dici
poterit. Bene ergo concludit, animum & intentionem ædi-
fiantis, quæ in omnibus actibus indifferentibus introspicien-
da, attendendam esse. Quodsi igitur eo animo fortalitium
quis ædificet, ut vicinos ex eo impugnare possit, recte illici-
tum hoc reputari; de certitudine vero talis intentionis con-
stabit, partim si ædificans injurius solitus sit esse in vicinos
proclivisque in eorum contumum; magis adhuc, si minatus
fuerit vicino; maxime vero, si Legatis capropter missis, cau-
tionemque perentibus innoxiam Grot. L. 2. c. 2. n. 17. dare
eam illis renuat; tunc enim haud vanam præbebit suspicionem
male affecti animi, rectaque defensionem parabit vicinus. *Vid.*
plur. laudatus Du. Ziegler. d. l. Hæc quamvis sic teneant, 83
habere tamen nonnullos Status Civitatesque privilegia, vi quo-
rum vicinis interdicere queunt, ne intra certa millaria in suo
licet solo, munimenta erigere possint; hocque probat Reve-
rendiss. Trevirensis Elector, cui Jus competit prohibendi, ne
fortalitia castraye in fundo vel districtu torius Ecclesia Trevi-
rensis, vel infra leucam a locis Jurisdictionis ejus præter con-
sen-

56 CAP. II. DE SUPERIORITATE PRINCIPIS

sensum ipsius, erigantur, ne ab ipsis quidem Augustis, sub poe-
 na 50. librarum auri &c. *Linn. ad Jus publ. L. 3. c. 5. n. 27.*
 85 ac Francofurtum ad Moenum hac prærogativa utitur, daß kei-
 ne Burg noch Festung innerhalb 5. Meilen umb Franck-
 furt sol erbauet werden preß. *Autor L. 7. c. 16. n. 17.* nec non
 86 Norimberga, quæ itidem habet, daß in einer Meile umb
 Münnerberg, auf alle Orte zu zehlen, keine Baste, Schloß,
 Burg, bürgerlich Gebäu, oder keine Festung mit Mauern
 oder Graben &c. erbauen mögen oder sollen. *Idem L. 7. c.*
35. n. 27.

87 Quæ de fortalitii diximus, non male ad nundinas ap-
 plicaverimus; quamvis enim instituere eas regulariter Princi-
 pis sit in suo territorio, in Imperio Imperatoris; fruuntur ta-
 men nonnullæ civitates ejusmodi privilegiis, ut intra certa
 milliaria nec a Statibus in suis terris, nec ab Imperatore in
 88 Imperio, in præjudicium earum novæ concedi possint. Sic
 que Francofurtum ad Moenum privilegia prætendit, vigore
 quorum ipsis promittit Imperator, se nolle permittere, ut cir-
 ca eorum territorium de novo nundinae instituantur: expli-
 catque, quomodo intelligi velit, wenn er eslichen Städten,
 Märkten, und Dörffern anderer Herren diese Gnade ge-
 than hätte, und einzige Freyheiten gegönnet hätte, daß
 nemlich sothane Freyheiten von Wochen-Märkten zu ver-
 stechen wären, und in keines weges wie der Franckfurter
 und anderer Reichsstädte alte Freyungen, und sonderbah-
 re gegönnte Gnade. Et in alio privilegio ipsis promittit
 89 Cæsar nomine suo successorumque, daß wir der Stadt zu
 Mainz keine Messe noch Markt geben sollen, wie die ge-
 nannt seyn, noch jemand anders keinen Markt noch Mes-
 se geben, die denen zweyen Messen und Märkten zu
 Franckfurt schädlich seyn mögen, & addit, si forte contra hoc
 privilegium fecerint Imp. aliqui, revocare eos id debere de
 90 privilegio informatos a Francofurtensibus. *Linn. ad Jus publ.*
L. 7.

L. 7. C. 16. n. 25. 26. 27. Lipsia quoque, teste Dn. Leysero Profess. Witteberg. in praelect. ad Jus Publ. Beckeri, ubi de Nundinis agit, hoc jure ab Imperatoribus sibi concessio utitur, ut intra 15. miliajaria novae nundinæ institui nequeant.

Eadem ratione Civitates Jus Stapulæ habentes privilegia insimul tuti esse solent, ne intra certas leucas idem Jus aliis conferri possit. 91

Crescit Disputatio nostra sub manibus, Hydræque Ler- 92
næ indolem referre videtur; unum enim si absolveris Jus,
plura se offerunt consideranda; at nos temporis, quod nimis
breve nobis fit, rationem habentes, accuratius illa inquire
haud possumus; hinc sufficerit in præsens sparsisse quædam
saltem adhuc jura, quidque de iis statuamus, vel obiter dixi-
se. Inquirimus autem, an Scriptura ex Archivo producta ex- 93
tra territorium proberet, etiam inter non Subditos? & affirmativam
tuemur cum Myler. ab Ehrenbach P. 2. c. 41. n. 9. cum talis
Scriptura ad exemplum testium ubique locorum proberet, nec
persona vel territorio alligetur per Autb. Adhæc C. de Fid. In-
strum. Ruland. de Commiss. P. 11. L. 5. c. 4.

Iterum: An Instrumentis extra territorium erendum sit? 94
& putamus quod sic, ex ratione, quia in contractibus a du-
bus gestis non tam inspicitur, ubi celebrati fuerint, quam quo-
modo contrahentes invicem convenerint, quod ex Instrumen-
tis desuper factis videre licet, dummodo Originalia, non ex-
empla eorum producantur arg. l. exemplo 7. C. de Probat. Sed 95
an nunquam Exemplis fides habenda? Resp. habere hoc ali-
quando privilegii loco aliquem, ut exemplis suis, si modo a
fide digna persona subscripta fuerint, aque probare possit, ac
Originali. Et ita Argentoratum a Maximiliano I. hoc praci- 96
puum accepit, daß ihre Briefe umb Zins, Gülte, Güter
oder Schuld besagend durch Vidimus oder Translument
von einem Bischoff, Prälaten, oder andern trefflichen
und glaubhaftesten Personen ausgegangen seien, in dem Reichs-
Hoff.

58 CAP. II. DE SVPERIORITATE PRINCIPIS

Hoffrath zu Rothweil geglaubt, und darauf gehandelt werden sol, als ob sie die rechten Originalia und Hauptbris- fe fürbrächten, hocque privilegium a Carolo V. confirmatum, & a Maximiliano II. extensum, daß es im Kammer-Gericht, und allen andern Gerichten also solle damit gehalten wer- den, *Lmbr. ad Jus publ. L. 7. c. 3. n. 25.*

- 97 De literarum moratoriarum valore, extra territorium, dif-
ficilior videtur quæstio; competere autem facultatem hanc
dandi inducias moratoria, seu Quinquinel und Anstands-
Brieffe Statibus Imperii, testatur Myler. ab Ehrenbach P. n.
c. 55. n. 2. Sed iterum cum hac restrictione, ut intra fines ter-
ritorii solummodo valeant; Si in toto Imperio operari debent,
vel ab Imperatore, vel a Rege Romanorum opus est ut pro-
ficiantur, quamvis hi promiserint, se nemini concessuros
impostorum tale beneficium, nisi a Domino, sub quo domi-
ciliu[m] hactenus habuit, testimonium attulerit, se nondilapi-
dasse bona, vel culpa sua in eum devenisse statum, sed casu
infortunioque. *Reform. Polit. Aug. de A. 1548. rit. von verdor-
benen Kauffleuten verb. Moratoria, oder Quinquenel nicht ge-
geben werden sollen ic. Quoad nostram quæstionem distingui-
mus, an, si extra territorium reperiatur Debitor literis ejusmo-
di munitus, vi earum tutus esse possit, quod negamus ob L.
19. pr. ff. de Judic. sed bene credimus in loco contractus aut
destinatae solutionis eum conveniri posse; an si Extraneus co-
ram territorii Domino, qui literas induciarias dedit, illum
conveniat, exceptione moratoriarum se defendere possit, quod
affirmamus Myler. c. l.*
- 98 Geben werden sollen ic. Quoad nostram quæstionem distingui-
mus, an, si extra territorium reperiatur Debitor literis ejusmo-
di munitus, vi earum tutus esse possit, quod negamus ob L.
19. pr. ff. de Judic. sed bene credimus in loco contractus aut
destinatae solutionis eum conveniri posse; an si Extraneus co-
ram territorii Domino, qui literas induciarias dedit, illum
conveniat, exceptione moratoriarum se defendere possit, quod
affirmamus Myler. c. l.
- 99 De Moneta paucis adhuc dicendum; sc. arbitrari nos, re-
gulariter monetam extra territorium, nisi secundum bonita-
tem intrinsecam h. e. Güte an Korn und Schrot, non se-
cundum bonitatem extrinsecam, nach dem Gepräge und auf
geschlagenen Valor, valere debere, quamvis in R. I. de A. 1570,
§. 9. Aber sonst pro rorsus prohibitum sit, freunde güldene und
silberne

silberne Münzsorten, wie die auch beschaffen, oder benamit, einzuführen, auszugeben, oder anzunehmen, auch im Reich Gemünzte nicht rauß zu führen, bey *Confiscation* und der Thäter harter Bestrafung: In ipso Imperio Romano ab uno Statu causa moneta in alterius Status territorio valere debet; cum publicis Legibus, vel in Recess. Imp. vel in speciali Münzordnung, qualis est Ferdinandi de A. 1559. &c. statutum sit, quod observare debeant in cuendis moneta, e. gr. wie hoch guldene und silberne Münze zu schlagen, welche gäng. und gäbe, welche abgesetzt seyn sol &c. hinc que nullus devalvandi Jus moneram alterius habeat, si non contra prædictas Leges facta esse reperiatur. Generale enim nobis formandum videtur Conclusum, variis ejusmodi Juribus applicandum: Quocunque Jus Princeps secundum Imperii LL. in suo exercet, illud ad omne aliud in Imperio situm territorium extenditur, plenissimaque ubivis gaudet auctoritate. Sed 100 abruptimus filum, ea, quæ restant, expedituri proxime, cum necessarium iter in præenti plura meditantibus nobis remoram injiciat. Interim huic secundo Disputationis nostræ Capiti manum imponimus FELICITER.

CAPVT III.

DE

EFFECTU LEGUM PRINCIPIS ET STATUTO-
RUM EXTRA TERRITORIUM.

S U M M A R I A.

Q uid sit Legislatio?	n. 1.	Accessus ad tractationem, hujas mate-
Definitio Legis.	n. 2.	ria.
Ejus Differentia	n. 3.	Generalia quadam de Statutis.
Et objectum.	n. 4. seq.	Statuta alia in Rem, alia in Personam
An obligat non subditos.	n. 6. seq.	concepta.
Extensio Legum Statutorumque Principiis in alienum Territorium.	n. 8.	Specialiora de iisdem, & quidem l. circa ca Contratus.
Ejus necessitas.	n. 9. seq.	Q. ? Cujus loci Statuta circa Solanias H. 2 attendantur.

60 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINC.

- attendantur? *Contractus*, an *Judicium*? n. 18.
- Formatio casus.* n. 19.
- Ventilatio Actoris & Rei.* n. 21. seqq.
- Decisio pro loco Contractus*, cum addita Ratione. n. 24. seqq.
- Quid circa ordinationem Procesus obtineat?* n. 31.
- Formatio easus*, una cum ventilatione utriusque partis, & *Decisione pro loco Judicii.* n. eod. seqq.
- Ubitamen certa Distinctio attendende circuca modum procedendi.* n. 34. sqq.
- Quenam Statuta prevaleant in ipsis Litis Decisione?* n. 41.
- Premittitur distinctio inter ea, que ex natura Contractus, & que ex postfacto proveniunt.* n. 42. seqq.
- Decisio distincta.* n. 44. seqq.
- Exceptio quoad restitutionem datis.* n. 47.
- An valor Instrumenti supra Contractum extra Territorium porrigitur?* n. 48. seqq.
- Statutum obligat subditos etiam extra Territorium.* n. 50. seqq.
- Allegatur exemplum Statuti Trevisani circa Contractum mulieris.* n. 52.
- Aliud in Forensibus cum limitatione.* n. 53. seqq.
- Quid de Statutis favorabilibus sentiendum?* n. 55.
- Quid in Statuto prohibente Donations Conjugum?* n. eod seqq.
- Item in eo, cui bonis interdictum.* n. 58.
- Quid de Statutis odiis?* n. 59.
- Statutum Sedinensium de Clanculariis Inscriptione.* n. 60. seqq.
- Eius descriptio.* n. 62.
- Rationes pro Legalitate ipsius.* n. 64.
- Responso ad easdem.* n. 65. sqq.
- An ad Bona extra Territorium se extenderet possit?* n. 95.
- Rationes pro Negativa, que Juri convenientior.* n. 96. seqq.
- Incidenter de prorogatione Jurisdictionis in constitendo iure.* n. 109. seqq.
- Applicatio ad materiam de Clanculariis inscriptione.* n. 115. seqq.
- De Statutis extra Territorium operarios 16 circa ultimas Voluntates.* n. 121.
- Statutum Venetorum circa numerum Testium.* n. 122.
- An ad Bona extra Territorium eorum sita illud se extendat?* n. 124. seqq.
- Statutum de Testamento filiifam.* n. 131.
- Differentia inter Statutum, quod disponit circa solemnitatem, & inter id, quod disponit de aptitudine personae.* n. 134. seqq.
- Casus, quo quis ex parte testatus & intestatus decedit.* n. 141. seqq.
- Quomodo quis intestabilis fieri possit.* n. 145.
- Exemplum ex Successione Conjugum Marchica.* n. 146. seqq.
- Statutum de non instituenda Uxore an foresem liget.* n. 148.
- Quae Statuta sequenda, si hereditas in pluribus locis sit relicta?* n. 150.
- Et quidem quoad Immobilia.* n. 151. sqq.
- Statutum Florentinum excludens feminas, quamdui supersunt masculi.* n. 153. seqq.
- Quid quoad Mobilia.* n. 155.
- Fus Albinagii.* n. 163. seqq.
- Statutum Anglicum circa successione Primogeniti.* n. 166. seqq.
- Progressio ad Statuta circa III. Della.* n. 174.
- De Forensi in Territorio delinquentie puniendo.* n. 175.
- An remissio ad Judicem domicili bi locum habeat?* n. 176.
- Rationes in contrarium.* n. 177. seqq.
- Quid si delictum sit Iuris communis?* n. 180.
- Exempli gratia Adulterium simplex.* n. 181. seqq.
- Quid si delictum sit Juris Statutarum?* n. 189. seq.
- Diffit, an quis seiverit Statutum nec ne?* n. 191. seq.
- An

An Statutam Bonitum occideret jubens | An subditus Statuentis dicit id faciat
extra Territorium valeat? n. 193. | extra Territorium? n. 196. seqq.
Rationes pro Negativa. n. 194. seq.

Leges ferre nihil aliud est, quam exercere sibi competens Imperium, seu potestatem suam deducere in actu, h. e. jubere in Rep. quid factu opus sit. Hinc et que definimus Legem, quod sit Jussio, seu *Jussum uniuersale* suo nomine prolatum, h. e. quod non a Vicario, seu primo quoque Status Ministro, quem dicunt, qui itidem jubere solent, sed nomine sui Principis proficiscitur. Universale diximus, quod nulla limitatione Personarum, loci aut temporis circumscripsum est, in discrimen primo a *Rescriptis*, quae subditos concernunt ratione particularis actionis; & Secundo ab ordinationibus praceptivis, quas vocant, quae quidem æque proficiscuntur a Majestate, seu summo in Rep. certum tamen tempus solummodo respicere solent, quo expirante ipsa quoque jussio expirat. vid. Dn. Besmann. in *Med. Pol. Diff. XIII.* lib. 1. Dum asservimus Legislatorum in jubendo occupari, tacite simul ipsi tribuimus vim aliquam coactivam, qua iussibus suis, ceterum inanibus futuris, nolentes parere cogantur: quod vocabulum cogere iterum nobis indicat, quodnam sit objectum, cui jubetur; & illud dicimus esse subditos, quibus ob defectum propriae facultatis & judicii leges feruntur, quive iussibus sui Legislatoris parere necesse habent. Ex quo jam fluit, quoisque se extendant Leges, quemque obligent, quem etiam non. Uti enim Legislator conditus Leges nihil amplius respicit, quam suæ Reipublicæ utilitatem, suorumque subditorum tranquillitatem, sic ex facili sequitur, non subjectos seu etiam exertos iis non teneri. Et ut binis nos expediamus, dicimus leges se intra latoris sui territorium regulariter continere 1. ut animarum. 2. de Constitut. in 6. c. a nobis 21. X. de sententi. ex comm. L. Cum unus 12. §. 1. ff. de Reb. aut. jud. poss. Card. Tuseb. Praef. Concl. 544.

H 3

Hinc

62 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

8 Hinc tamen non excludimus, Leges quandoque, s^epius
tamen consuetudines, Statutaque Principum vim suam, si
non directe, per indirectum in aliena extendere Territoria.
9 Cum enim ad augenda commoda, avertendaque incommo-
da vita^m human^a, Rerumpublicarum intersit, inter se invi-
cem commercia tractare, ut quod illi desit, h^ec suppeditet,
iterumque recipiat, quo ipsa caret, illa abundat, hocque non
alio modo, quam vel permutatione, vel venditione, seu, ut
verbo dicam, Contractuum celebratione contingere possit,
necessarium esse videtur, ut, pro eiusmodi communione Re-
rumpublicarum servanda, altera alterius Statuta quandoque
10 inspiciat, sequaturque. Quod enim si non faceret, sed con-
tractus secundum istius Civitatis Statuta celebratos, ut suis
moribus non respondentes, annullaret, quid aliud exinde fi-
eret, quam ut ejusmodi hominum commercium brevissime
penitus evertatur, qualibetque Natio suis contenta rebus,
11 plurimarum aliarum egena vivere cogeretur? Quo vero ad
oculum pateat, in quantum Leges ac Statuta in aliena quid
operentur, materiam hanc, licet breviter, in quantum ta-
men nobis datum est, clare ac perspicue, prae*s*tenti hoc capi-
12 te tradere laborabimus. Antequam tamen pedem promove-
amus, opera^m pretium erit generalia quædam præfari de Sta-
tutis, probeque dispicere, an in Rem illa, an in Personam fue-
rint concepta: Vix enim, hac non præmissa distinctione, com-
mode in sequentibus pergere licebit, utpote ex qua innume-
ra fere decidi possunt, si Casus aliquos circa solennem illam
in Jure publ. fundatam, præcedentique Disputationis nostræ
cap. n. 2. brevibus tractatam Distinctionem, qua differunt in-
ter se esse de Territorio, & in Territorio, oriri forte an con-
tingat. Dicimus autem esse Statuta in Rem concepta, qua o-
mnem suum respectum ad res immobiles, seu qua^m pro im-
mobileibus habentur, sine ulla observantia personarum, fo-
renses illæ sint vel secus, dirigunt ac habent; e. g. si statu-
tum

tum esset, ut de omni agro quotannis certa pecunia præstetur: ubi hoc casu non attenditur, an subditus, an forensis agris possideat, cum uterque ad præstationem a statuto requiritam æque obligetur. Statuta, in personam, quæ loquuntur, ¹⁴ putamus esse, quæ iterum non curant res, sed simpliciter de Personis disponunt; v. g. si statutum esset, quod vellet, ut a singulis certa aliqua quotannis pecunia collectæ loco solveretur, tunc tale Statutum regulariter non nisi subditos ligaret, *Card. Tusch. Concl. 544. n. 4.* Quamvis & Casus dentur, ¹⁵ quibus itidem ad forenses se extendant, e. g. si ista pecunia ad certum Reipub. maximeque necessarium usum, uti pontium refectionem, puteorum purgationem &c. conferenda esset. Neque hoc intactum pratermitimus, esse Statuta alia ¹⁶ *Odiosa*, vel *Favorabilia*, hincque pro natura sua vel extensio-
nen vel restrictionem admittere.

Hicce ergo Generalibus de Statutis prælibatis ad Specia- ¹⁷
liora transimus, omnem in præsens moturi lapidem, quo ma-
teria huic, quatenus & circa *Contractus* & *ultimas Voluntates*,
& *Delicta* se exerit, plene satisfaciamus.

Et quoad *Contractus* primum Quæstionem formatum: ¹⁸
Quænam statuta in illis observanda veniant? illane, quæ in
loco celebrati *Contractus*, an quæ in loco, ubi lis, de eo inci-
dit, vigent, attendi debeant? Ad cujus Quæstionis melio- ¹⁹
rem enucleationem casum ponimus hunc: Contraxit Flo-
rentinus aliquis Romæ, ubi nulla prorsus solennitas require-
batur ad subsistentiam *Contractus*; jam vero lis incidit inter
Contrahentes super uno altero puncto, Florentinusque hic
in loco suæ originis (ubi ad cujusvis *Contractus* subsistentiam
duo testes necessario requirebantur) desuper convenitur. Quæ- ²⁰
ritur ergo: quinam mores, Romani an Florentini, Judici Flo- ²¹
rentino sint observandi? Prima disputatio inter Actorem Re-
umque in judicio est de valore *Contractus*: *Reo* pro se affe-
rente, quod requisita ad *Contractum* solennitas, duorum sc.
testium

64 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINC.

testium adhibitio, non fuerit observata: jam patere, Solennitatum, de Jure, seu quoque consuetudine loci requisitorum neglectum contractam ipsum facere nullum, arg. l. Ex imperfetto, 3. C. de Testam, nullamque ex invalido ejusmodi Contractu oriri Actionem, indeque se etiam a Judge ab intentata in præsens actione absolutionem expectare. At vero excipit Actor, ea affirmando, quæ pro Reo allegata fuere, insimul tamen negando, ea vel ad præsentem casum applicari, vel quicquam contra se quoque facere posse. Quod enim ille primo Contractum nullum diceret, ob non servatas Solennitates, id se in tantum concedere, in quantum Reus probatum dederit, Romæ tanquam in loco Contractus, Solennitates alias ad subsistentiam Contractus requiri, hincque non observando eas a se peccatum esse; Quod enī Florentiae duorum testium adhibitio ad validandum Contractum aliquem necessaria sit, id ad se non pertinere, ut qui non respexerit, vel quoque respicere debuerit, quid vel hic vel ibi obtineat, sed quid in loco, ubi convenerint invicem, teneat observeaturque. L. Si fundus 6. ff. de Evid. L. 2. C. Quemadm. Test. ap. 24 Et sane est ita: Solennitates nimivum loci Contractus solummodo esse intropiciendas, nec quicquam operari judicium sortiri alio in loco, ubi vel illæ, vel alia solennitates observantur; Hincque Regulæ loco dicimus: *Quandocunque de Solennitatibus Disputatio incidit, Statura loci Contractus non Judicii erunt attendenda. Barol. in L. Camelos populos. 1. C. de S. Trin. n. 14. Alex. Vol. II. Conf. 37. &c. ex ratione, quod Solennitas actus pertineat, ad Jurisdictionem ejus, in cuius Territorio agitur. Barol. in d. l. n. 26. Quippe qui contrahit in certo loco, uti jurisdictioni ipso facto se submittit, ita quoque, quæ ibi locorum justa sunt, seu legibus statutisque præcepta, illi quoque justa esse debent; Imo cum in eo loco subsistentiam capiat actus, sufficiet illa adhibuisse, quæ alias ex more Regionis adhibuisse fas erat.* Possemus paulo altius hanc rem, nisi in confessio apud JCtos foret, repetere, & excurrere ad qualitatem

tem ac conditionem subditorum temporiorum, de quibus superiori capite nos dixisse meminimus. Hi enim uti *certis* 26 casibus, sique Reip. inevitabilis necessitas id exegerit, oneribus subjici possunt, (quamvis Principes hoc facturi moniti a Boëclero dati, superiusque c. 2. n. 13. allati bene memores esse debeant) ut Reipubl. eos frui debere dixeris, quos incommoda ejus tangunt ac afficiunt. Sane Principum unusquisque 27 extraneis in sua Republ. subsistendi potestatem indulgendo, non videtur iis commune LL. auxilium (alia enim ratio est singularium Privilegiorum Civibus tantum concessorum) ademisse, sed indulssisse potius. Si ergo secundum illius loci Le- 28 ges contractum quis celebravit validum, mutua illa, quaꝝ inter diversas Respublicas intercedit, necessitudo non admittitur, ut, quod alibi ex civili etiam ratione justum, hic mox injustum pronuncietur, præsertim si in hujus Reipubl. detrimentum non vergat. Constatibit ergo contractui in alieno terri- 29 torio, secundum loci mores, celebrato sua quoque in hoc territorio authoritas : unde concludunt Dd. in genere, quod, 30 ubi agitur de validitate actus gesti, semper attendamus locum, ubi actus celebratus est. *Fulgos. Conf. 151. n. 2. a Card. Tuscb. Concl. 544. n. 51. allegatus.*

Sed hæc de solennitatibus: Quid vero, si circa *Litis or-* 31 *dinationem* controversia oriatur ; e. gr. Est *Roma* moris, ut ne-
mo nisi ter citatus comparere teneatur, nec sufficit, semel ac peremptorie id factum esse ; *Florentia* vero una *Citatio suffi-* 32 *cit*, ne peremptorie quidem. Jam hic orta lite circa *Contra-*
ctum Romæ celebratum, *Judex Florentinus* *Citationem mori-*
bis Civitatis conformem decernit adversus *Reum*, ac post-
quam ad eam non comparet, contumax declaratur ; *Excipit* hic : *l. Contumacia* 33. *s. 1. ff. de Re jud. pro se afferendo*, uti
& *mores Romanos* in loco *Contractus usitatos*, secundum quos
ad tertiam usque *Citationem* impune emanere liceret. Ve- 33
rum, cum hi *mores* non ad *Contractus* eorumque substanti-

66 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

am pertineant, sed unice ad Judicij ordinationem, quæ nomine omnium necesse est, ut respondeat formæ judicij Loci Contractus: recte monet Bartol. d. l. n. 15. Consuetudines quoque Loci Contractus tali casu non attendendas venire, sed unice Statuta loci judicij, ut sic secundæ Regulæ vice sit: *Quotiescumque circa Judicij ordinationem controvertitur, Statuta Loci Judicij, omnibus cæteris posthabitis, introspiciantur.*

34 Unde bene distinguit Petr. Rebuff. ad Conf. Regn. Gall. Tract. de Consuet. Art. 2. Gloss. 22. inter illa, quæ modum procedendi, & illa, quæ modum decidendi concernunt: In modo procedendi consuetudo judicij attendenda, ubi lis agitatur: In modo vero decidendi, seu in ipsa causæ decisione consuetudo litigantium, seu ubi actus est gestus, attendenda. *Conf. Everard. Top. legal Loc. 109. n. 1. in fin. Dambouder, Prax. Civil. cap. 150. n. 8. Bertazoll. Claus. instrument. 4. Gloss. 38. n. 1. in fin.*

35 Ne tamen indistincte modum procedendi in hoc judicio observandum putes; interest, an Processus in alio judicio gestus in hoc judicio veniat examinandus; an vero de præsentis processus subsistentia tantum quæstio sit. Sane extra dubium

36 puto: Marchicum in Saxonia litigantem, si ipsi Processus Saxonici ratio opponatur, non posse excipere: in Marchia hoc non attendimus: Litigat enim in Saxonia, ergo Processum Saxonum observet necessum est. Verum si Civis Marchicus contra Civem Saxonum executionem peteret sententiæ in Marchia contra Saxonem latæ; & hic in executione excipere vellet, se ex virtuoso processu esse condemnatum, quia vel guaranda nulla præstata, vel quia juramentum ipsi post litigium contestatam delatum, & tamen admissum, quorum utrumque Processui Saxonico refragatur; numine judex Saxonius, a quo perita executio, hanc differre, & Processum illum secundum Leges Saxonicas injustum pronunciare posset? Omnino dicendum astimamus, quod non: sufficit enim ibi, ubi causa ventilata, Processus requisita fuisse adhibita, ut hinc

quæ

quæ de Contractu antea diximus, de sententia quoque dicen- 38
da putemus; quod sententia lata secundum solennia Processus in loco judicii, valeat quoque in aliò judicio, quamvis ibi alia Processus solennia attendantur; quod exemplo judicis appellationis probat Sigismund. *Scaec. de Appell.* P. 1. E. 17.
n. 2. *Mevius P. 6. Decis. 288. & P. 3. Decis. 279.* Et ut in ca- 39
su jam nato subsistamus; judicabit judex Saxonicus de Justitia Processus secundum mores procedendi in Marchia, quippe ubi lata est sententia; seu uti in judicialibus causis sit, quia ibi per litis contestationem & subsequens judicatum, quasi contractum L. 3. §. 11. ff. de pecul. Sed si ipse exequi velit sen- 40
tentiam, non amplius secundum Mores Marchicos, sed Saxonicos sententiam mandabit executioni; Hic enim iterum consuetudo loci executionis attendenda *Ludov. Post. Tract. de sub-
basiat. Inspect. 24. n. 30. & 33. Steph. Grazian. Disceptat. Forens. cap. 545. n. 21. seqq. Rebuff. de Art. 2. Gloss. 23. n. 2.* Sed quæ- 41
nam Statuta pravalebunt? Loci Contractus, an Judicij? vel quænam demum, si nec de solennitatibus, nec de ordinatio-
ne Litis, sed de ipsius litis Decisione, disputetur? Et iterum nobis Bartolus adest in l. 1. C. de S. *Trin. n. 15. & seqq. subdi-
stinguendo*, an lis sit de eo, quod ex ipsius contractus natu-
ra, temporeque contractus oritur; an de illo, quod ex post fa-
cto propter negligentiam & moram descendit. Sunt enim, 42
quæ ex ipsa contractuum natura proveniunt; ut est præsta-
tio culpa, in hoc contractu latæ, in illo levis, in isto levissi-
ma: Sunt etiam, quæ non ex ipso Contractu, sed ex post fa- 43
cto, committendo moram, originem trahunt; e. g. tenebar
statim die equum dare, at ego incuriosus hujus obligationis
eo usque ab ea me non libero, donec ruinosum stabuli testum
decideret, equumque occideret? indeque alteri ad interesse
teneor, non ex eo, quod ad equum dandum eram obligatus,
sed quod moram in tradendo illo commisi. Et quidem pri- 44
ori casu, ubi ex contractu ipso quid oritur (quod tamen ad so-
lutionem

68 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

lutionem explicandam non pertinet) Statuta' Loci *Contractus*
 celebrati erunt observanda: Si de solutione dubium, Loci,
 in quem solutio collata, mores attendentur. *L. Contraxisse 21.*
f. de O. & A. Everhard. Cons. 78. Mynsing. Obs. 82. Cent. IV.
 45 Altero casu, ubi ex mora Contractuum agitur, Consuetudines
Loci, ubi *mora contracta*, seu etiam Statuta Loci *Judicij*
 46 inspicientur. Circa solutionem vero, si illa non in certum locum collata, sed vel in pluribus locis alternative,
 ita tamen, ut electio penes Actorem maneret, vel nullo pror-
 47 sus certo loco fuerit promissa, ejus Loci mores observabili
Judex, in quo solutionem petierit Actor. Quoad Contractum
 Dotis tamen & Matrimonii, excipendum, Statuta loci contra-
 ctus in exigenda solutione non esse attendenda, sed statuta Do-
 48 micilii Mariti, si forsitan ob metum Dilapidationis uxori illata sibi
 restitui peteret, per *L. Exigere 65. ff. de Jud.* Verum pergamus
 ad alios casus, porroque investigemus, an Statutum aliquan-
 do in alienum Territorium effectum suum extendat? e. g. est Sta-
 tutum *Perusii*, ut ad probandum Contractum nullum instru-
 mentum valeat, nisi per duos Notarios, ad illum actum rogatos,
 confessum; Jam contingit extra Territorium Statuentium ci-
 vies *Perusinos* contrahere, haud observata ista duorum Nota-
 riorum rogatione, utpote quæ ibi, in loco Contractus, non
 49 obtinebat. Quaratur ergo: Si *Perusii* de Contractu hoc con-
 trovertatur, an Instrumentum extra Territorium Statuentium,
 sineque solenni ista Notariorum rogatione confessum in ju-
 dicio *Perusiano* probare possit? & videtur, quod sic, ex Rati-
 ne, quod Instrumentum hoc secundum Requisita loci Con-
 tractus fuerit confessum, neque *Perusiani* illi opus habuerint
 observare patrium Statutum, utpote qui extra Patriam con-
 traxere, inque haud subjecto Statuentibus Territorio, in quod
 50 se Statutum illud *Perusianum* haud extendebat. At verius est,
 Instrumentum illud in *Judicio Perusiano* nihil probare, ob Ra-
 tionem, quod Principes superioresque quid statuentes, etiam
 extra Territorium, suos ligare possint Statuto prehibitivo,

Si nimirum vel id exprimatur in Statutis, per *L. fin. ff. de Decret. ab Ord. fac. L. 2. C. de Eunucb. L. Mercatores. 4. & L. Non solum. 2. C. de Commerc. & Merc. Alex. L. V. Conf. 41. n. 6.* ubi plures allegat. Vel quoque si effectus restringatur in Territorio; quod utrumque hic sit; nam & prohibet, ne aliud Instrumentum valeat; & Instrumentum quoque in Territorio Statuentium probare debet. *Card. Tuscb. Concl. 544. n. 53. § 55.* Imo Statutum disponens, subditos contrahentes extra Territorium teneri ad Gabellam Contractus, valere & obligare eos *idem asserit Concl. 542. n. 9.* Sic & in terminis ponit *Alex. d. l. n. 8.* quod *Trevisana Civitatis censura* disponente: ne mulier maritata debeat aliquem Contractum facere sine duorum proximorum Consilio, Mulier eius Civitatis *Venetii*, suorum proximorum Consilio non requisito; contraxerit; unde Quæstio orta: an prædictum Statutum eam ligaret, licet *Venetii*, & sic extra Territorium, contraxerit? & respondet, quod sic, quia potestas statuendi inter subditos non arctetur Territorio *C. Tuæ. 12. & c. f. X. de Cler. non resid. &c.* videsis Rationes ad ductas apud eundem alias. Quoad forenses tamen credere-mus, eos ad observantiam eiusmodi Statuti non teneri, nisi assidue conversentur in loco Statuentium, (quo casu pro Subditis habentur) unde Statuta eos ligarent, extra Territorium licet, rem prohibitam agentes *Tuscb. d. Concl. 542. n. n.* Accedit, quod dolus præsumatur in agente extra Territorium rem Statuto prohibitam, *id. n. 12.* Quamvis & in aliis Casibus procedat, ut Statuta obligent extra Territorium, nimirum si fuerint favorabilia: Sic enim uxor prohibita Lege donare marito, illud æque extra Territorium, quam intra fines prohibentium facere haud poterit, ob Rationem, quia se tale Statutum fundat amore conjugali mutuo, quo se facile spoliare possent, si promiscue sibi invicem donare liceret, per *L. 1. ff. de don. inter V. & U. Alex. Conf. 41. L. V. n. 7.* ubi excipit, nisi subditus mutasset domicilium, aliumque in locum trans-stulisset,

70 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

stulisset, ubi Statuto huic locus non sit; Mox enim illis se submittit Statutis, ubi domicilium contraxit *Job. a Sande Decis. Frisicar. lib. 4. iij. 8. def. 7.* & *Tusch. in sepe alleg. Concl. 542. n. 15.* hanc limitationem adjicit, quod sc. Bona extra Territorium sita excipiuntur, quæ non solum extra sed & intra fines Statuentium salva Lege donare posset, utpote cum Lex personam 56 saltet, quoad Bona sub sua Jurisdictione sita, stringat, non quoad ea, quæ in alieno solo reperiuntur. Sub Bonis vero sub Jurisdictione Statuentium sitis intelligimus situl Bona mobilia, utpote quæ personam sequuntur, hincque mulierem tali Statuto prohibitivo, uti supra diximus, marito donare prohibitam æque mobilia extra territorium constituta, ac immobilia intra Territorium, alienare haud posse affirmamus; nisi iterum mobilia quædam, ut perpetuo extra Territorium maneant, destinata sint, ut Impræstita Venetiarum. *Alex. Conf. 57 L. 6. Conf. 19. n. 9.* Imo favor causæ Statutis tam amplam aliquando largitur potentiam, ut non solum intra Territorium, 58 sed & quoad Bona extra Territorium sita ligent subditos. Sic enim is, cui in Judicio Bonis interdicitur, non minus prohibetur circa Bona in Territorio, quam extra illud sita, disponere, ob maxime favorablem Rationem ejusmodi Statuti seu Legis, ne sc. Bona prodigi pereant, illeque ad incitas redigatur. *Bartol. in L. 1. C. de S. Trin. n. 32. lit. a. L. Is cui bonis 6. 59 ff. de V. O. L. Julianus 10. ff. de Cur. Fur. & alii.* Quernadmodum vero favorabilia extenduntur quam latissime, sic contra Statuta odijsa, in quantum possunt, stricte accipienda, eorumque valor coarctandus est. Ita enim Statutum disponens, quod filia foemina non succedat, cum sit prohibitorum ac odiosum, se ad Bona extra Territorium sita non extendit; (qui Casus tamen cum afferendus sit, ubi de Statutis circa ultimas Voluntates disponentibus dicemus, probationem ejus, quæque præterea adduci poterunt, eo differemus.) vel quoque, si Statutum esset, ut Pater teneretur pro Contractu filii occasione

catione Mercium, tunc illud, ut odiosum, non haberet locum
in Contractu cum forensi extra Territorium. *Tuscb. Concl. 546.*
n. 7. vel etiam istud *Sedinerium Statutum*, quod *Clanculariam*
Inscriptionem vocant, exempli loco hic allegamus, utpote qui,
pace contrarium statuentium, haud putamus, effectum suum
istud in immobilia extra Territorium sita extendere,
dum illud inter odiosa Jurique Communi contraria,
sicque restringenda numeramus. Et quia ad Rationes 61
ab in diversum euntibus allatas tam respondere, quam & no-
stram sententiam probatam dare necesse habemus, operæ pre-
tium erit, si altius & ab origine sua quasi repertamus, quæ ad
extensionem seu restrictionem ejus Statuti facere videbuntur.
Et quidem ipsam *Clanculariam* istam *Inscriptionem* describimus, 62
„quod sit jus ex Statuto competens, quo Cives quotannis bey
„der Bürger-Sprache Prätori suo porestatem tribuunt, ut ille,
„si Civis Civi v. g. ex mutuo obligatus sit, Creditorque Präto-
„rem aeat, coramque eo obligationis causam exponat, ro-
„getque, libro publico istam inseri, ut ille, inquam, Prätor
„obligationem istam in Librum referat, istoque facto Bona
„Debitoris Creditori hypothecæ sint, sicque Jure Prælationis
„a tempore professionis & insertionis computata quiete gau-
deat; Ipsius Ordinationis de anno 1596. d. 9. Jan. cui hujus-
modi hypothecæ valor originem debere dicitur, verba hæc
sunt: Die andere Creditoren und übrige Güter anslangen-
de, weil in dieser Stadt Statuten und Jährlichen Bürger-
sprach versehen, daß keine unbewegliche Güter außerhalb
verlassen, beschweret oder veräußert werden sollen, und
darüber alle extrajudicialisch Contract und Obligationes, da-
durch leicht einem andern zuversorge etwas verschrieben
und aufgetragen werden konte, je und allwege unkräftig
geachtet, und die judicial der privat hypothec Action præ-
ferires seyn, auch über Menschen gedencken alhie üblich
und gebräuchlich gewesen, daß unter den andern Credito-
ren,

72 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

ren, diejenigen, so die älteste Gerichtliche Verlassungs-Kla-
ge oder Willführ für dem Richter, als eine dingliche Ge-
rechtigkeit erlanget haben, vorgezogen werden, so
soll demselben also nach wie vorhin gefolget, darnach ge-
sprochen, und der, welcher unter andern Creditoren die
ältere Gerichtliche Verlassung, Klage oder Willführ haben
wird, oder zu erst seinen Conventional-Vertrag und Obli-
gation dem Gerichte insinuaret und einschreiben lassen, alle-
Wege fürgezogen werden. Et per Art. 4. Civiloquii der
Bürger-Sprach An. 1624. d. 9. April. revisi: Es soll niemand
liegende Gründe oder stehende Städte beschweren mit ver-
segelten Briessen oder offnen Instrumenten, sondern wer
etwas zu verlassen hat, solches für gehegter Dingstätte
thun, mit Urtheil und Recht; was hierüber geschicht, sol
Kraft und Machtlos seyn, und niemand sol sich auf so-
thane Güter, die so beschweret werden, erholen, Er sey
63 geistlich oder weltlich. Prima ac præcipua jam Disceptatio
oritur circa hanc hypothecam, qualis illa sit, num Conven-
tionalis, num Statutaria, vel Legalis demum: hocque ideo,
quia, si conventionalis esset, prout statuunt, qui extra Terri-
torium illam operari volunt, effectum quoque conventionalis
Hypothecæ sortiretur, qui est, ut bona etiam extra Terri-
torium sita afficiat. Rationes suæ assertionis afferunt, 1. Quod
64 in prædicta Ordin. illa Hypotheca dicatur fieri durch eine
Willführ; quod Vocabulum seu pactum, seu conventionem
denotaret; 2. Quod indicium conventionalis Hypothecæ fa-
ctum hominum, Creditoris sc. cum Prætore urbano Conven-
tio, ut obligatio in librum publicum inscribatur, bonaque
Debitoris eo ipsi obligentur, interveniat, factumque partis
absentis judex hoc casu suppleat; 3. Quod omnes Cives Se-
dinenses durch die Bürger-Sprache, quotannis tale manda-
tum Prætori concedant, ut in casum, quando Creditor ab
eo nomine illorum desideret, bona eorum ipsis hypothecæ
publicæ

publicæ supponeret; 4. tandem, quod prædicta Hypotheca per tot annorum curricula in hunc usque diem Sedini vigeat, Creditoribusque Bona obligentur Debitorum, his nunquam verbo aut facto contradicentibus; verbis insuper quibusque vel etiam facto hypothecam conventionalem fieri posse, per L. fin. C. Quæ res pign. obl. pos. L. 16. s. 1. ff. de Pign. Ad quas 65 reponimus i. ex vocabulo Willführ non omnino evinci posse, Hypothecam illam esse Conventionalem, utpote cum Vocabulum illud plures una admittat acceptiones. Jam enim 66 idem esse potest, quod conventio seu pactum iam etiam idem est, ac si dicas sponre, non coacte, te aliquid facere, si Willführ 67 slich facias; qua significatione & Legalis Hypotheca foret conventionalis, quia & in illam Willführlich consentit, qui ad eam se obligat. Posset quoque dici, vocabulum illud prorsus hic su- 67 um amittere sensum, neque esse nisi terminum usitatum in Statuto illo Sedinensi, ex quo nihil certi probari possit. Hoc- 68 que inde elicitor, quod in Verbis Constitutionis dicatur: so die älteste Gerichtliche Verlassung oder Willführ für den Richter ic. & iterum die ältere gerichtliche Verlassung, Kla- 69 ge, oder Willführ haben wird. Ubi Klage & Willführ connectuntur, quasi Synonyma essent; quod tamen nemo sa- nus admittet.

Transmittimus illam significationem, qua Willführ 69 nonnullis hic sumitur pro arbitrio a Judice interposito, juxta Mevium in Commerc. ad Jus Lubencis. lib. 3. Tit. 4. Art. 1. n. 28. an Creditor satis instructus sit, ut bona Debitoris ipsi hy- pothecari possint. Imo vocem Willführ pro Jure Statuta- 70 rius magis, quam pacto seu conventione capi evidens est ex illis, quæ tradit Speidel. in Specul. sub voc. Willführ Gryphian- der de Weicbild. cap. 77. n. 7. Ad 2. quod factum hominum, Creditoris sc. ac Prætoris, certum conventionalis Hypothe- 71 cæ indicium, interveniat, respondemus, intervenisse quidem factum hominum, sed non omnium, quorum factum inter- venire debebat; deest enim Consensus ac Voluntas Debito-

74 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

ris, quæ omnium primum tamen requirebatur ad Hypothecam conventionalem. §. ult. Inst. qu. mod. re contr. obligat.

72 arg. L. i. f. 3. ff. de Paet. L. 4. ff. de Pign. Nec sufficit dixisse, non solum Debitorum præsumi scivisse, sed & mandasse Prætori, quo potenti obligationemque probanti Bona sua hypothecaret, postquam sc. quisque eorum cum Concivibus suis ejusmodi facultatem singulis quibusque annis renovaret, prorogaretque; seu etiam, quod Debitor quasi per Plenipotentiarium, h. e. Judicem Sedinensem, (cui dum Civis factus est, ac den Bürger. Eyd hisce formalibus abgelegt hat: Dass er der Stadt Privilegia, Alte Herkommnen, Statuta, Ordnungen, und Beliebungen wolte helfen beschirmen, simul mandatum dedisse videretur omnia exequendi, que prædicta Statuta in se continerent, sic etiam dandi hypothecæ bona sua, si Creditor aliquis id ab eo petierit) sic consensilis 73 se credatur. Omissio enim jam Juris comperti esse, quod nunquam fictio (qualis esset, si singeretur Debitor mandatum dedisse, quod non dedit,) locum habeat, nisi a Lege seu Statuto expresse fuerit introducta; Istud saltem urgendum, nullum verbum vel in Constitutione supra laudata, vel quoque in Civilquo haberi, proferriique, quod Prætori haud citato Debitore licitum esse debeat ejus bona alteri hypothecare: imo nihil aliud voluit prædictum Statutum, quamne immobilia extrajudicialiter alienarentur, aut obligarentur, utque priorem judiciale hypotecam habens ceteris omnibus anteponeretur; prout ex ipsa Const. Job. Frid.

74 Ducis Pom. p. m. de anno 1596. videre est. Imo magis ex prædicta Const. apparet, dispositisse Serenissimum illum Ducem, quo ad ejusmodi Hypothecæ Constitutionem Debitor semper primum citetur, ipsique aperiatur, quid Creditor fieri petiisset, cum alias, omissa ejusmodi Citatione præjudici-

75 um grave nunquam non timendum haberet Debitor. Et sane non displicet, quod in contrarium sèpius urgeri solet,

Clan-

clanculariam illam inscriptionem ita explicandam esse, ne minimum recedat a Jure Communi; quæ interpretatio quoque in omni Statuto obtinet; Cur ergo contra omnia jura communia ita illam inscriptionem interpretaremur, ut eam etiam non citata parte validam diceremus. Notissima enim 76 Juris Regula est; Quotiescumque quis ex actu aliquo in judicio peragendo lœdi potest, toties ad illum actum citandus L. De unoquoque 47. ff. de Re jud. L. 39. ff. de Adopt. & ibi Da. Et supponimus tandem, citationem necessariam non esse. Ap- 77 paret tamen exinde, tralatitiam illam Doctorum Regulam: Factum judicis censeri factum partis L. si ob causam 13. & ibi Bart. C. de Eviçt. nil conferre ad subsistentiam Conventionalis hypothecæ; quamvis enim loco debitoris Judex, apud quem clancularia inscriptio facta, consensisse videatur; cum tamen pro forma in Conventionali hypotheca requiratur ipsius debitoris consensus, hæc forma specifice adesse debet, nec tali casu poterit factum partis facto Judicis suppleri. Bald. lib. 2. Consil. 6. n. 2. Barbos. locuplet. lib. 6. cap. 3. Axiom. 25. in med.

Per exemplum ex Jure Saxonico petitum res existet clari- 78 rior: Arrestum bonis alicujus impositum hypothecam tribue- re in Saxonia, in comperto est, adeo ut, qui prior Arrestum impetravit, aliis Creditoribus præferatur Matth. Coler. de Process. Execut. Part. 3. cap. n. num. 26. Carpzovius. Part. 1. Const. 28. def. 143. Jam si quæsiveris: Hypotheca per arre- 79 stum in Saxonia constituta estne conventionalis, vel Legalis, seu Statutaria? Sane ex principiis eorum, qui hic contrarium statuunt, conventionalis ea dicenda erit: Quippe quadrant huc rationes omnes, quibus clanculariam Stetinensem inscriptionem numero conventionalium Hypothecarum adscri- ptam contendunt; Nam adest hic factum hominum; & quidem Creditoris, arrestum petentis; Et judicis arrestum de- cernentis, & ita factum debitoris supplentis. Et ne invito 80 debitore Saxonico hypothecam per arrestum imponi dixeris,

76 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

non minus hic in arrestum consentit, ac Civis Stetinensis in Clanculariam inscriptionem; Quod enim hic in Civiloquio approbat Statutum illud Stetinense, & ita judicii tacitam concedit potestatem, bona sua, mediante hac inscriptione, hypothecæ nexus constringendi; Hoc idem facit Civis Saxonius sancta jurisperandi religione observantiam Statutorum Saxoniorum promittendo, quo ipso evidenter satis consentit, ut judex omne illud de bonis suis statuat, quod secundum Constitutiones Saxonicas ipsi statuere jus fasque est. Et sane si hæc mens non esset Civium Saxoniorum, ullo tempore vel verbis vel factis huic arrestorum effectui contradixissent, nec hypothecam ex hoc capite admississent; quam tamen cum semper admittant, quis de tacita conventione & in hanc hypothecam consensu dubitaret? Ut raceam, eo magis hypothecam arresto constitutam esse conventionalem, quia debitori notificatur impositio arresti; unde pro forma in Saxonia requiritur, ut in secunda renovatione arresti citatio debitoris simul petatur ac impetretur, qua citationis petitione omessa arrestum est nullum, per Ordinat. Process. judic. Tit. 51. s. Wie a: ver nun in fin. Carpzov. Process. Tit. 21. Artic. 4. n. 40. seqq.

83 Attamen nemo dixerit, hanc hypothecam per arrestum quæsitam esse conventionalem, sed manet ea Legalis Carpzov. P. 1. Conf. 29. def. 5. n. 4. Matth. Coler. de Proc. Execut. P. 1. c. 2. n. 189. alioqui enim, si conventionalis foret, etiam ad bona in Marchia sita effectum suum produceret, quod absurdum esse experientia docet; quippe nulla impositi arresti in Marchia quoad prioritatem Creditorum ratio habetur. Nisi ergo omnia me fallunt, non video, quare aliud de clancularia illa inscriptione, seu Statutaria Stetinensium hypotheca dicendum. Dixeris equidem, hoc inter arrestum & Clanculariam inscriptionem interesse, quod illud afficiat rem immediate; hac vero mediate. Verum confidenter dixerim, omnem hypothecam rem afficere immediate; si enim Jus in retribuere debet,

debet, non poterit nisi immediatus inter rem & hypothecam esse nexus. Si ergo Clancularia illa inscriptio hypotheca 86 conventionalis est, uti contendunt alii, quare in ea rem non immediate affici dixeris? Nam sine dubio conventionalis 87 immediate rem afficit. Aut ergo Stetinensis illa conventionalis non est, aut rem immediate afficiat necessum est. Si 88 hoc, quid tandem diversitatis ab arresto continebit? Immo 89 exprimatur tandem illud medium, quod inter inscriptionem illam Clanculariam, & rem obligandam intercedat; Et idem 90 in arresto intercedere videbis. Dixeris, arrestum certis bonis imponitur; non ita clancularia inscriptio, quæ generaliter fit: Verum quantum ego percepi, in casu illo controverso in specie inscriptio facta erat etiam quis die beyde in Star-gard gelegene Hussen; Numne ergo idem est, ac si dixisset Civis Stetinensis: Arrestum illis duobus prodiis impostrum volo. Ex quibus jam dictis & 3., corruit argumentum in diversum 91 euntium, utpote cum aliam mentem affingant Civiloquio, quam qualis est, qualemve esse supra diximus. Tandem quod 4. ejusmodi Hypotheca per multa annorum curricula 92 Sediti usitata, proque Conventionali ab iisdem habita fuerit, id in tantum admittendum, in quantum cuique licet suo abundare sensu. Sufficit eos persuasione sua, quod 93 conventionalis esset, haud potuisse efficere, ut & ab aliis idem crederetur, quibus pro inconcussa manet Regula: Deficien-tibus de Jure ad rem Requisitis, rem ipsam talem esse desinere, nisi Requisitorum expressa per Statutum facta fuerit remis-sio, quæ in præsenti Statuto non videtur facta. Quibus ita 94 allatis satis clare, credo, evicimus, vel prorsus nullam validam hypothecam constituere clanculariam Sedinensium inscriptionem, vel si demum Consuetudine per errorem introducta (nam error quandoque jus facit) modus hic hypothecandi bona introductus, approbatusque, pro Conventionali ta-men illam haud haberri, sed tantum pro Statutaria, tanquam

78 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

ex Statuto singulari & Juris communis Regulis adversante æstimari, multoque minus, ut proprius ad scopum nostrum accedamus, vim suam ad bona extra Territorium sita extendere posse. Ut taceamus enim præsentem Clanculariam Inscriptionem nequidem obtinere in omnibus locis Jurisdictioni Sedinensium subjectis, civitatique eorum annexis, e. g. in den Lastadien-Kirchen und Frey-Häusern, auch einem guten Theil der Vorstadt, uti hoc in actis super casu interminis habito: ob die Clancularia Inscriptio ihren Effect in Hinter-Pommern und also in Sr. Churf. Durchl. unterworffnes Land extendire, atestatis suis probarunt das Lastadische Gerichte, wie auch die Capitularen der St. Marien-Kirchen in Stettin; quod approbarunt Jcti Grypbitwaldenses in Speciali Responso in præfata causa Anno 1672. d. 29. Sept. dato, quanto absurdius foret, extra limites Jurisdictionis Sedinensium aliquid operari velle? Istud saltem hic probabimus, Statutum tale maxime esse odiosum, & fatente Dn. Mevio ad Jus Lub. lib. 3. Tit. 4. A. 1. n. 34. fraudibus ac simulationibus obnoxium, utpote quod in præjudicium aliorum, quibus bona fide obligaverat sua Bona Debitor, quive vel Chirographario, inscio invitoque Debitore, per clanculariam inscriptionem impetrata hypotheca, postponuntur, introductum sit, hincque strictissime veniat intelligendum, quo quam minime Jus tertii ladtatur. Gail. II. Observ. 124. n. 13. Deinde Statutum hoc reale est; afficit enim rem, seu Bona immobilia, quæ hypothecæ dantur; Statuta vero realia extensionem extra Territorium non patiuntur. Non enim defendant, quod dicunt contrarium statuentes, Statutum hoc circa solennia disponere, cum tamen res ipsa afficiatur, anteaque libera & nullo nexus obstricta alteri fiat devincta. Quanquam nec hoc probatum dabunt, Statuta, licet ratione Solennitatum valeant extra Territorium, inde etiam circa Bona immobilia disponere posse. Et licet argumententur ab Hypothecis rite privatis constitutis, quæ se cancellis loci, ubi contracta, haud coarctari sinunt, ad

ad hanc *clanculariam Inscriptiōnem*; supra tamen jam tum diximus, esse diveritatem inter illas Hypothecas, utpote cum 101 illæ secundum Jura ubique recepta consentiente Debitore constituantur; hæc contra Jura in se Debitore, præterque mentem ejus; unde sequi: Distinctas, sibi invicem Hypothecas distinctos quoque producere effectus. Imo non obscure ex superioribus patet, hanc novam hypothecæ Statutariorum speciem esse; Nova species vero Statuto inducta non poterit extendi ultra statuentis territorium; ut sic multum intersit, de nudis solennibus hypothecæ disponere, & novam hypothecam Juri communi adversam Statuto inducere. Solennia loci facilior 102 rem admittunt extensionem, cum res ipsa in loco, ad quem facta extensio, non sit incognita. Sed hypothecam, novam 103 Statuto inductam ad locum, ubi ea penitus incognita, extenderet velle, nulla ratio svadet.

Tertio Statutum hoc contentiose Jurisdictionis putamus, 104
 hocque ex ista ratione, quia in *Const. sape laud. Duci Pomer.* expresse constitutum esse supra diximus, ut *Judex*, antequam petitum Creditoris Libro inserat, Debitorem citet, quidque Creditor petiisset, ipsi significet; quod quidnam sit aliud, quam cause cognitionem instituere, ac dispicere, an sufficiens sit obligatio, ob quam Creditor Bona Debitoris hypothecari sibi vult? Causa vero cognitionis ad contentiose Jurisdictionis actus re- 105
 quiritur: Imo si Civiloquium Stetinense, revisum de *Anno 1624.*
d. 9. April. inspiciamus, verba clariora sunt, quam ut amplius voluntaria Jurisdictionis actus, absente altera parte, expedieundus, dici possit: Perspicua enim ibi verba sunt: *Wer etwas zu verlassen hat, soll solches vor gehegte Dingstätte thun, mit Urtheil und Recht, que ultima verba, an præcise actum voluntaria Jurisdictionis inferant, judicet unusquisque.* Nec 106
 credas adeo consentientem hic esse creditorem & debitorem, ut ea propter res voluntariae Jurisdictionis esse possit; Ne-
 mo enim præsumit suum jactare velle; Nec censetur quis bona

90 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

- 107 bona sua inscius & ignarus obligasse. At Statutum ad ejusmodi Jurisdictionem spectans extra Territorium non operari, apertoris Juris esse credimus, quam ut multis probari debeat.
- 108 Corruunt ergo omnia in contrarium euntium argumenta, a Voluntariae Jurisdictionis actibus desumpta: Corruit quod, quemadmodum non municeps municipi dari possit Tutor, per L. 10. ff. de Tur. Sic & Judex extra Territorium sita pignoris
- 109 nexus obstringere valeat. Nam forensem, volentem Tutelæ munus suscipere, Tutorem dare, nil habet absurdum; Si enim & in contentiolis quis prorogare judicis incompetentis Jurisdictionem potest; Cur non idem in materia tutelari? Sed quæ inde ad bona extra territorium sita extensio? Hæc enim ita Jurisdictioni judicis illius loci ubi sita sunt, cohærent, ut nec volens possessor eadem eximere possit; quod secus in persona quæ uti mutandi domicili, ita quoque alii Judici se submit-
- 110 tendi jus non incertum habet. Imo in hac hypothesi, ubi in specie Stetini facta erat inscriptio, ratione zweer zu Star-
gard gelegenen Hufsin, nullam extra territorium fieri posse extensionem, ex eo adhuc evinco, quia Judici multa licita sunt per dispositionem generalem, quæ in specie ipsi non permissa, seu ut aliis Regulam formare libert: Multa judici per-
- 111 missa sunt per consequentiam, quæ ipsi directo denegata. Sic Judex Saxonicus pupillo, tam in Saxonia quam Marchia pos-
sidenti bona, tutorem generaliter dando, videtur etiam eum dedisse ad bona Marchica, ita ut hæc vi illius Decreti gene-
ralis administrare possit per s. 17. Inst. de Excus. Tur. L. 21. s.
- 112 2. ff. eod. L. 2. C. d. t. quod si vero hic Tutor Marchica bona administrare nollet, non posset Judex Saxonicus bonis Mar-
chicis alium tutorem dare, sed istud faciendum a judice Mar-
- 113 chico d. L. 21. §. 2. ff. de Excus. Tur. Si rationem desideres, non alia erit, quam quod hoc casu judex directo de bonis extra suam Jurisdictionem disponeret, quod sine vitio facere non posset arg. L. fin. ff. de Jurisd. Poterat tamen sine expres-
sione

sione honorum Marchicorum id facere. Idem ad Clancula. 115
 riam illam hypothecam applico: Hæc si generaliter sine ex-
 pressione loci bonis debitoris imposita fuisset, potuisset forte,
 si cætera essent paria, ad bona Stargardiensia extendi. Sed 116
 cum expresse Stargardiensia bona per Decretum Stetinense
 sint affecta, manifesto suæ Jurisdictionis limites excessit Judex,
 unde ipsi omnino obstatit Regula: Multa expressa nocent,
 non expressa non nocent; *L. Nonnunquam 52. ff. de Condit. & demon-
 strat. L. Expressa 195. ff. de R. Jur.*

Verum ne me amplius detineam in hac materia, quam 117
 liquidam puto; per compendium quero: An hypotheca con-
 ventionalis a Cive Lipsiensi Dresda in judicio constituta su-
 per bonis immobilibus Lipsiæ, sitis, valeat Lipsiæ tanquam hy-
 potheca judicialis? Negatur, sed hypotheca debuisset coram
 judicio Lipsensi, sub quo immediate bona sita sunt, consti-
 tui, alias hypotheca ut judicialis non valebit Lipsiæ, etiamsi
 ipse Serenissimus Elector Saxoniae in eandem consenseret, per
 tradita *Carpov. P. 2. Conf. 23. def. 20.* Deinde quero: an 118
 Hypotheca Conventionalis, a Cive Stargardiensi Colbergæ in
 judicio constituta super bonis immobilibus Stargardiaæ sitis,
 valeat Stargardiaæ, tanquam hypotheca judicialis? Negatur;
 quippe utitur Civitas Stargardiensis Jure Lubecensi, hoc vero
 immobilium obligationem non aliter permittit, quam si fa-
 cta coram Senatu illo, ubi sita sunt. *vid. Jus Lubec. lib. 3. Tit.*
q. Art. 1. quod pariter verum, etiamsi coram superiori Ma-
 gistratu hypotheca constituta *Mevius Comm. ad Jus Lub. d. Art.*
1. n. 25. Quod si ergo hypotheca conventionalis in judicio 119
 Civitatis ejusdem territorii non gaudet prælationis effectu in
 alia Civitate; Imo si nec superioris auctoritas hoc casu ad ple-
 nissimum hypothecæ effectum tribuendum sufficit; ex quo ca-
 pite tandem clancularia illi, imo, ex *Mevii sententia*, frau-
 dulenta hypothecæ, hoc juris adscribemus, ut in Civitate
 Stargardiensi plane distincta, in alieno territorio, & sub alio

L

Prin-

92 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

- Principe constituta, & hujus Statuti non tantum ignara, sed
contrario Statuto, competentiam judicis in obligatione im-
120 mobilium manifesto exigente, instructa, valere debeat? Quæ
omnia cum præconcepta non fascinatis opinione in obscuro
esse nequeant, lubens mitto, Lectori tamen hoc omnino per-
pendendum relinquo: Multum interesse, an Statuto loci hy-
potheca judicialis in genere requiratur; an vero, ut coram
judice competente constituatur; hic cessat extensio hypothe-
cæ extra territorium, non illic.
- 121 A Statutis circa Contractus operantibus, ad illa pergi-
mus, quæ circa ultimas Voluntates occupantur, ubi iterum
principem locum obtinebit Quæstio: an Testamentum hoc
122 in loco factum in illo valeat? Casus hic erit: est jure Rom.
decisum, nullibique fere non receptum, ut ad omne Testa-
mentum 7. Testes adhibeantur, sic, ut, si unus ex prædictis
7. Testibus absuerit, totum vitietur Testamentum, per l. Si
unus 12. C. de Testam. Jam vero Venetiis est Statutum, ut
Testamentum valeat etiam coram 4. Testibus confectum;
Quæritur l. an prædictam solennitatem circa numerum 7. Te-
stium de Jure requisitam mutare potuerit Resp. Venetorum?
- 123 Et respondetur, quod sic. Quemadmodum enim Jus Com-
mune non obligat, nisi ex recepto, sic cuiquam integrum
est in suis Provinciis semel id receptum iterum mutare, aliam-
que per consequens Testamentis faciendis formam inducere.
- 124 Hoc magis disputatum est, an Testamentum tale, Venetiis co-
ram 4. Testibus confectum, disponere valide possit de Bonis
extra Jurisdictionem Venetorum sitis possessisque, ubi Juri
Communi locus remansit? Et negatum fuit a multis arg. Z.
Pupillo. 27. ff. de Tur. & Curat. in quo textu quemadmodum
dicitur, Pupillo tam Romæ quam in Provincia facultates ha-
benti Tutorem dari quoad Bona Romæ possessa a Prætore, quoad
Provincialia a Præside: ita & volunt, institutum a Testante
ex ejusmodi Testamento bona habiturum sub Jurisdictione
Reip.

Reip. sita, in Bonis vero extra territorialibus venientibus ab intestato locum esse. At contrarium magis arridet, sic ut sta-
tuimus, Testamentum ejusmodi valere, & porrigi ad Bona
ubicunque, etiam extra Territorium, sita, cum Statutum ta-
le 4. saltem Testes requirens, non nisi solennitatem aliquam
a Jure Communi introductam immutaverit. v. Alex. L. I.
Conseq. 128. n. 2. latissime. Statuta vero, quando principali-
ter in definiendo circa Actum solennitates occupantur, suas
vires ad Bona etiam extra Territorium sita extendere posse,
pro firmissimo jure, fundamenti loco, hodie habetur. per L.
6. ff. de Eviſt. L. i. C. de Emanc. L. 34. ff. de R. f. L. 2. C. Quem-
adm. Teſt. ap. Schurff. Centr. 2. Conf. 26. n. 4. Barbosa ad L. Ha-
res alſens n. 60. & seqq. ff. de Judic. Gudelin. de Jure noviff. L.
2. c. 5. & in specie Dd. concludunt, testamentum in uno lo-
co confectum, ubi duo testes sufficiunt, valere etiam in alio
territorio, ubi plures requiruntur Carpz. P. 3. C. 6. def. ult. Car-
din. Manica de Conject. ult. vol. lib. 6. Tit. 8. n. 14. Peck. de Teſt.
Conjug. lib. 4. cap. 28. n. 8. Job. Koppen Decif. 31. n. 25. Cujus 128
Ratio potissimum in eo versatur, quod Statutum, circa so-
lennitates & modum obligandi consideratum, non rem
ipsam, de qua disponitur, sed nudam tantum dispositio-
nem afficiat: imo quod tale statutum se ad bona extra-
territorialia non immediate & directe, sed mediate & per
consequentiā quandam extendat. Vinn. L. 2. selec. Quæſ.
n. Gail. L. 2. Obj. 123. n. 6. & breviter ubique recepta sen-
tentia sit, in ordinativis Rei sitæ Decisivis contractus lo-
cum inspici. B. Brunnum. ad l. 6. ff. de Eviſt. de quo jam su-
pra dictum. Nec hæc sententia Juri quoque Communi in 129
totum contrariatur, cum & hic ſæpe Testamenta hujus so-
lennitatis defectu laborantia, in alio loco, plures ubi solen-
nitates requiruntur, operentur. Sic enim testamentum fa-
ctum in militia effectus suos porrigit ubicunque, & circa so-
lenni-

94 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS.

Iennitatis actus, de quo agitur, inspicitur consuetudo Regi-
onis. L. i. inf. ff. de Vene. inf. &c.

- 131 BI Tale vero statutum Bartol. dicit ad L. I. C. de S. Trin. n.
36. permissorium, tollens obstaculum, quod erat de Jure com-
muni, aliudque permissorium dicit, tollens obstaculum qua-
litatis personæ; quale est, quando Statutum filiosam, qui de
Jure Communi ne permitte quidem Patre L. 6. ff. Qui test.
fac. & licet in peculio adventitio plenam habeat potestatem,
Nic. Reusn. Tr. de Test. P. i. C. 28. n. 9. testari poterat, Struv.
Jurispr. for. L. II. T. 15. n. 7. potestatem dat testamentum fa-
ciendi. Et tunc Quæritur: an istius filiis familias testamen-
tum extra Territorium facultatem ipsi concedentis valeat? e.
g. si in testamento suo de bonis extraterritorialibus disposue-
rit? & dicendum, quod non; quia hoc statutum non am-
plius circa solennum ordinationem se contineret, sed jam per-
sonas ad actus de Jure prohibitos legitimat habilitatque. Sta-
tutum vero habilitans aliquem e. g. ad testandum, vel capi-
endam hereditatem, quam alias capere non poterat, ad bona
alibi sita non trahitur. d. L. Pupillo 27. ff. de Tutor. Alex. L. I.
132 133 134 Conf. 128. n. 2. Gail. II. Obs. 124. n. 13. Apparet ergo ex casis
jam adductis, multum interesse, an Lex, consuetudo vel
statutum nudam rei solennitatem concernat, an simul de a-
135 ptitudine aut habilitate personæ disponat. Illic extensio ex-
tra territorium admittitur, non hic; ob rationem, quia ubi
qualitas aliqua personæ indulgetur, quæ ipsi de jure communi
negata, subjectio ratione huius personæ, qualitatem
hanc expertantis, necessaria erit; personæ enim non subje-
cta qualitas talis addi nequit Gail. lib. II. Observat. 124. n. 12.
136 Zaf. Comm. ff. Tit. qui testam. fac. poss. n. 51. quia vero subje-
ctio limitibus territorii includitur, non poterit extra territo-
137 rium qualitas illa concessa effectum producere. Quippe con-
curreret hoc pacto manifestum vicini Principis præjudicium.
138 Subditi enim, quibus contrahendi vel testandi potestas dene-
gata,

gata, ad alium se conferrent Principem, ab eoque potestate testandi impetrata, in illius territorio conderent testamentum, quod postea si Princeps verus admittere deberet, frena subditis immorigeris laxarentur, ac Legum auctoritas concularetur. Diceret quidem, in solennium observatione idem contingere posse: Verum in solennium observatione tantum 139 Principis non interest, quam si subditos suos ad id aliorum locorum statutis admitti viderit, quo ipse eos suis LL. arceri cupiebat. Modus agendi rem ipsam non variat, modo res 140 ipsa Legibus Reip. non interdicta. Erit ergo tali casu in Bo- 141 nis extra Territorium sitis locus heredibus ab intestato successuris, simulque exemplum, quod quis ex parte testatus, ex parte intestatus, decadere possit, quod alias prohibitum in Jure legimus §. 5. Inst. de Hered. inst. L. 7. ff. de R. J. Sic ut velit Bartol. in L. 9. §. si duo. ff. de Hered. inst. tali casu omnia ad causam intestati reduci, & Clar. 3. Sent. s. Test. Qu. 54. te- 142 stamentum tale irritum fieri. Quorum tamen sententiam Gorboffr. add. L. 7. ff. de R. J. improbat, ex ratione, quod Te- stamento sit favendum; hincque dicit, si casus eveniat, ut Te- stator de parte Bonorum testatus fuerit, de parte non, ac in aperto sit, noluisse eum, ut pars intestata institutis ex altera parte accresceret, præsumi Testatorem voluisse, heredes ab intestato venientes pro illa intestata parte scriptos esse &c. Et sane in ipsa L. 15. s. f. ff. de inoff. Test. Casus affertur, ubi quis 143 ex parte intestatus deceperit videtur, nec absurdum illud esse additur. Sæpiusque hinc occasione Statutorum casum hunc 144 evenire posse, multa, si afferre ea vacaret, darent probatum, pluraque exempla hujus rei recenseri possent. Imo, quod 145 magis mireris, & a Jure videtur esse alienius, dum testandi facultas nemini est auferenda L. 15. & C. de Pacif. L. Habeat 1. C. de SS. Eccl. L. 6. in pr. de V. O. sit quandoque Statuto, ut plane quis intestabilis quasi eo reddatur. Sic in Marchia re- 146 ceptum, ut dimidia pars bonorum superviventem Conjugem,

L 3

altera

96 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

altera dimidia' Liberos maneat; nec Legata relinquere, gra-
 vareque sic Statuto debitas Dimidiis licebit, unde quo
 de testeris, dum non habes, testandi facultatem ademptam
 tibi facile concesseris, nisi eo te salves, ut dicas, & illi
 testandi facultatem supermanere, qui nihil in bonis habet,
 L. 3. ff. ad L. Falc. Barb. in Ax. L. i.8. c. 4. Ax. 4. quæ
 147 misera tamen nobis res videtur. Posse ergo hac ratione
 ex accidenti aliquem intestabilem reddi in casu conju-
 gum sibi succendentium, probat Carpzov. lib. 6. Resp. 48. quan-
 quam aliam Legitimæ Marchicæ computandæ rationem sup-
 148 pedit Dn. Brunneman. Cent. 3. Dec. 23. n. 13. Quid vero, si Sta-
 tutum disponat impediendo personam, ut ecce Statutum di-
 cit: Vir non potest instituere uxorem suam; & certe si fo-
 rensis hic testabitur, non impedietur instituere uxorem suam,
 cum Statutum tale ad forensem se non videatur extendere,
 149 quia in personam est conceptum. Ut enim Statutum habi-
 litare nequit personam extraneam, quo ejus dispositio extra
 territorium valeat, ita nec inhabilitare potest, ne valeat dis-
 150 positio. Henric. Zaf. Comm. ff. qui test. fac. poss. n. 53. Sed in
 alias casus intenti, curiose, si quis moriatur hereditate in plu-
 ribus locis relicita, secundum cuius Loci Statuta succedendum
 sit ab intestato, inquirimus; sc. an seu Statutum Domicilii,
 seu ubi quis moritur, seu demum, ubi Bona sita, sequendum?
 151 Et respondet Tuscb. Tom. 7. Concl. 868. p. 1. fere in immobilibus
 152 Statuta loci rei sitæ observanda venire, cum sub jurisdictione
 istius Judicis sint, L. 1. §^o ult. C. ubi in rem actio; hincque
 & statutorum dispositioni illius loci erunt obnoxia, Sande Dec.
 Fris. L. 4. t. 8. def. 7. Mev. ad Jus Lub. P. II. t. 2. art. 10. n. 28.
 Carpz. L. 6. Resp. 39. n. 10. quippe cum statuta ratione immo-
 bilium obligent etiam non subjectos Gail. L. 2. obs. 124. n. 17.
 Statuta vero domicilii se non ad extera bona extendant, Gail.
 153 d. l. n. 9. Richter de succ. ab intest. proœm. n. 34. Nec quic-
 quam operabitur, licet statutis domicilii addita fuerit clau-
 fula,

sula, die Güter mögen liegen, wo sie wollen, cum statutorum
 indoli refragetur Carpzov. p. III. Constit. 12. d. 12. Riebster.
 d. l. n. 35. v. Tr. de succ. ab intell. doctiss. Dni. Praef. C. II. Art. III.
 §. 2. Sicque Florentino decedenti relinquente bona, extra
 Territorium quoque, non succedetur secundum Statutum
 Florentinum, foeminas excludens stantibus masculis, filiam vi-
 vo adhuc fratre, sed secundum illos mores, vel hisce defici-
 entibus, secundum Jus Commune succedetur in bona ista ex-
 tra Territorium sita. Anne vero eo plus ex hisce bonis lu- 154
 crabitur filia, quo plus accipit masculus in Bonis Florentino
 Statuto subjectis? seu, ut melius formemus casum, quærimus:
 Si Statutum aliud esset in Bonis extra Territorium Florenti-
 num sit, quo masculi cum foeminis omnia defuncti Bona ex
 aequo dividerent, an sub voce omnium Bonorum & illa veni-
 rent, quae Florentinam Jurisdictionem agnoscant, ad quæ vi
 Florentini Statuti nulla foemina admittitur, an solum bona in
 illa Provincia, ex qua ultimum Statutum promanavit, sita in-
 telligantur? & postremum verius esse credimus, cum & Le-
 gitimam filia, quæ in uno Territorio excluditur, in illo, ubi ad-
 mittitur, secundum ibi inventum patrimonium, teste iterum
 Tuscb. præd. l. tantummodo accipiat. Quoad mobilia non lo- 155
 cus rei inventæ, sed Domiciliū attendetur; cum mobilia in certo
 loco sita esse non dicantur, sed potius personam sequantur, Gail.
 L. 2. obf. 124. n. 18. Mev. ad Jus Lub. P. 2. t. 7. art. 10. n. 22. Per- 156
 sona vero dum statutis domiciliū se submisit, omnia sua mo-
 bilia quoque iisdem submissis videtur, quoisque domicilium
 non mutaverit, Sande Decis. Fries. L. 4. t. 8. d. 7. Carpz. P. III.
 C. 12. d. 13. hocque procedit in illis domiciliis, quæ statutis sub- 157
 jacent; quod si quaedam domicilia fuerint privilegiata, sic ve
 oppidanos Magistratus non agnoscant, neque eorum statutis
 habitur Carpz. d. l. def. 19. At vero si quis vitam sectatus fuerit 158
 vagabundam, nullibique domicilium constituerit, locus origi-
 nis inspicietur Hartm. Pistorius obf. 55. n. 4. T. 12. Riebster de suc-
 cef.

98 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

- 159 *cess. prooem. n. 127.* forum enim originis de jure Civili immutabile est. *I. origine 4. C. de Municip. in fin.* & tunc adhuc obtinet, quoties de domicilio dubitatur *Dn. Stryu. Synragme. Ex 50. tb. 49. Carpz. d. C. 12. d. 13. n. 12. L. 6. Respons. 41. Mev. ad jus Lubec. d. art. n. 27. Dn. Stryk. in all. Tr. de Successione ab intestato. d. C. f. 5.* Hoc universaliter verum sciveris quoad mobilia, si excipias casum, quando mobilia illo in loco reperiuntur, ad quem erant destinata, perpetuo ibi ut manerent; talia enim ut accessorium suum Principale sequentur, & jure immobilium censebuntur, *Carp. de C. 8° d. 12. P. III. Dec. 15. Harr. Pift. d. 161 obs. 55. n. 3.* Idque quod de mobilibus diximus, itidem verum manet in nominibus, *Carpz. all. C. d. 14. aliquie apud sapientiam laudatum Dn. Strykium in præd. Tr. C. II. art. III. f. 4. in 162 veniendo.* Hinc ergo nullum Statutum auferet peregrinantibus pecuniam, resque secum vectas, cum Successio loci, in quo quis moritur, secundum ea, quæ paulo ante diximus, non attendatur. Quod si tamen alicubi, ut in Gallia est *Le Droit d'Aubaine*, Lat. *Jus Albinatus*, iniquo ejusmodi Jure uterentur, Repressalius locus erit, sic ut ubicunque iterum ejus Nationis hominem contigerit mori, illius Bona non heredibus relatis, sed Fisco applicentur, licet tale Statutum alias apud eosdem 164 non vigeat. Intelligimus vero hoc de iis, qui domicilium non mutarunt; Quid enim iniquius foret, quam e. g. Galli alijus hereditatem, qui tamen & domicilium & familiam transstulit in Germaniam, Fisco velle applicare, ideo unice, qui 165 origine Gallus esset? Nam tali casu saltem hoc Repressaliarum jus procedit, si vel nullos heredes habeat in Germania praedictus Gallus, siveque Bona in Galliam deferri deberent, vel etiam, si ut peregrinans moreretur; Tunc enim cum nullum domicilium adhuc fixerit, locus originis unice attendetur, & sic quoque, quia in illo loco ejusmodi Statutum obtinet, hic quoque Repressaliis locus erit.
- 166 Hoc idem circa ultimas Voluntas dijudicandum, quid
Jura

Juris in hoc casu sit, quando quidam habens Bona in *Anglia*,
 ubi consuetudo est, ut primogenitus succedat in omnibus Bo-
 nis, & alia Bona in *Italia*, ubi talis mos non servatur, déce-
 dit? Nec tunc generaliter afferi posse putamus, in Anglia se- 167
 cundum consuetudinem illius loci succedendum in Italia juri
 communi standum, dividendaque esse ex æquo Bona Italica. 168
 Nec illi subscribimus sententia, succedere tali casu heredes se- 169
 cundum Statuta illius Loci, ubi quis Civis mortuus fuerit,
 ob Rationem, quod Statutis conformem se gerere voluisse
 præsumatur. Quis enim præsumptionem hic admitteret, tan- 170
 tum præjudicium inferentem heredibus? Quod si enim An- 171
 glus in Anglia decessisset multis relictis filiis, quis crederet
 illius adeo duriter agere voluisse in Liberos Primogenitum
 in sequentes, ut quemadmodum Statutum in *Anglia* eos a pa-
 ternis Bonis arceret, sic ille eosdem in Bonis extra Ter-
 ritorium sitis &c. Melius cum Bartol. d. l. verba Statuti 172
 accurate omnino inspicienda credimus, an scilicet in rem, an in
 personam fuerint concepta. Quod si in rem, e. g. bona de 172
 cedentium veniant in primogenitum, ait, de omnibus Bonis ju-
 dicandum secundum consuetudinem, Statutumque ubi res
 sitæ, cum Jus afficiat res ipsas, sive possideantur a Cive,
 sive ab Adyena. L. Rescriptio, in f. ff. de mun. & bon. & L. Au-
 in rotum 3. C. de Adif. priv. Si vero in personam v. c. Primoge- 173
 tus succedit; & tunc videndum, an ille decedens non fuerit
 de *Anglia*, licet ibi haberet possessiones, quo casu negat Sta-
 tutum illud se extendere ad eum & ejus filios, quia dispositio
 circa personas non porrigitur ad forenses. v. Tuscb. Tom. 7.
Concl. 544. n. 4. vel an ille decedens sit *Anglicus*? & tunc re-
 spondet Tuscb. filium primogenitum succedere in Bonis, quæ
 sunt in *Anglia*, & in aliis succedi de Jure Communi. &c. v.
Alex. fuse hunc casum tractantem. L. 1. *Conf.* 128. & *Conf.* 44.
L. 5. Card. Tuscb. T. 7. *Concl.* 546. n. 2.

Restat, ut paucis de Statutis circa Delicta adhuc dicamus. 174
 Antequam tamen dispiciamus, an illa se extra Territorium 175

100 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

extendant, videndum erit, an forensis ob delictum hic commissum puniri possit? Quod quamvis ad actus Jurisdictionis in seq. ult. cap. tractandos pertineat, cum tamen $\ddot{\nu}\tau\acute{e}g\alpha\pi\pi\acute{o}t\acute{e}g\alpha$ esse videatur, investigare, quomodo exterus puniendus, si nondum constet, an puniendus, hanc Quæstionem necessaria. ¹⁷⁶ Ibi hic prælibandam duximus. Et afferendum forte esset, non subjacere poenæ forensem in loco delicti, cum forum ibi haud sortiatur, sed potius remittendum esse ad Judicem, cuius Jurisdictioni subest. L. 7. ff. de Cap. ab eoque impetrandum, ¹⁷⁷ quo delicti commissi poena a delinquente exigat. Verum licet id ita se habeat, quod forensis regulariter exemptus sit Jurisdictioni ejus, sub quo Civis non est, per L. 2. C. de Interd. aut fixum domicilium habet, haud tamen ita generaliter hoc procedit, ut non alias admittat exceptiones, inter quas postrema haud est, forensem æque sortiri forum, agnoscereque debere Judicem loci, in quo deliquit, ac Civem subditumque, hincque puniendum ex lege Regionis, Grammond. L. 18. Hist. ¹⁷⁸ Gall. p. m. 794. Dum enim aliquis certam intrat provinciam, illico per quasi Contractum (non minus enim delinquendo quis contrahit ac obligatur, quam cum alio contrahendo L. 20. ff. de pen. r. tit. I. de Oblig. quæ ex delict. nasc. unde & quo ad forum sortiendum contractus & delicta æquiperantur Gloss. in L. bares absens, in verb. debet ff. de Judic. Zanger. ad Tit. J. de Except. sub cap. exceptio incompetentia, s. præscriptio for. n. 17. vid. Carpz. Pr. Crim. P. II. qu. 54. n. 51.) per quasi contractum, dicimus, stipulari videtur cum Rep. se nihil omnino turbaturum in ea, vel admissurum, quod contra Leges ipsius sit, & si fortean contra fecerit, subjecturum se poenæ, eadem ratione, qua Civis alius, cui leges latæ, per L. 3. ff. de Off. Präf. ubi dicitur, quod Präses aliquando habeat Imperium aduersus extraneos, si quid manu commiserint, curare namque deber, ut malis hominibus purgetur Provincia, nec distingvendum, unde sint. add. L. 7. S. penult. & ult. ff. de Accus.

219 ET STATUTOR. EXTRA TERRITOR. IAC. LOI

cuf. L. ii. ff. de Cuf. & exhib. Reor. Quod cum jam certum sit, 179
quomodo, ac secundum quæ Statuta puniendus veniat, in-
vestigandum? Et omnium primum videndum, quale delictum
sit, quod puniri debet, Juris communis, an Statutarii. Si 180
delictum *Juris Communis*, dicimus illud vel puniendum ea
poena, quam Jus Commune dictavit, vel illa, quæ Statuto in-
troduncta est, si statutum eo casu a Jure communi recessit, li-
mitate tamen, an Statutum probe sciverit, vel non. E. g. 181
commisit *Marchicus* aliquis in *Saxonia Electorali* adulterium
simplex; Jam queritur: quomodo in *Saxonia* puniendus sit?
Est adulterium simplex delictum *Juris Communis*, poenamque 182
habet fustigationem cum relegatione perpetua juxta §. 4. inf.
J. de Publ. Jud. Carpz. Pr. Cr. Q. 53. n. 56. B. Brunnem. in Re-
pet. Payatitl. Wesentl. ad L. Jul. de Adultr. Q. 31. At de Jure Sax. 183
Elect. seu noviss. poenam æque habet Capitalem, ac Adul-
terium duplex; in Marchia autem rarius fustigatio, regulariter
relegatio aut mulcta aliqua pecuniaria circa hoc Crimen de-
linquentibus dictator. Qua poena ergo jam *Marchicus* ille 184
afficiendus? dices forte mulcta pecuniaria, quia in patria
sua gravius in ejusmodi Crimen non animadvertis: sed pu-
tamus, quod non ex Ratione, quod & Leges in *Saxonia*, ubi
peccavit, & Jus Commune, quod itidem hoc delictum notat,
illud severius *Marchicis* Legibus vindicent. Ergone capitilis 185
luet poenam secundum Statutum *Saxonicum*? Et respondemus,
quod sic; Quamvis enim durum appareat, illum, qui forsitan
Legis hujus *Saxonica* severitatem ignorabat, coque, quod si-
is moribus tanta poena huic delicto non erat dictata, sedu-
ctus esse videri poterat, hincque mereri veniam, tantam poe-
nam ab illa dictatam sentire debere: cum tamen delictum hoc
sit *Juris Communis*, hincque ab illo ignorantia ejus præten-
di non possit, vel licet ignoraret, ignorantia ista non juvetur:
(de Jure quippe idem est scire ac scire debere,) neque hoc
excipere queat, quod poena *Juris Communis* tam gravis non

M 2 sit,

102 CAP. III. DE EFFECTU LEGUM PRINCIPIS

fit, quia delinquens, dum committit, quod certo scit esse delictum, de omni poena, quantacunque illa sit, cogitare debet: praesertim cum in re moraliter illicita veretur, sequitur illum poenam illam Capitis Jure Sax. ejusmodi Crimini statutam jure sentire debere. per L. Prospexit. 12. ff. Qui & a quib. manum.

- 186 Quid vero, si casum invertamus, ponentes Saxonem in Marchia praedicto Crimine se polluisse? & fere in eo sumus, ut statuamus, ubicunque deliquerit, capite plectendum, dum haud attento, quanto delicto (cujus magnitudinis Leges Patriæ seu Saxonie, tam severe in illud statuentes, ipsum admonuerunt) se inquinaret, animus ad peccandum proclivior se 187 veriori poena corrigendus est. At est, cur mitius cum eo procedendum censeamus, dum facilitate Legum Marchicarum, non gravem, satis huic Crimini dictantium poenam, ad illud perpetrandum allectum fuisse, probabile videtur: Hincque etiam graviorem poenam, quam quæ in Marchia usitata, subire debere non credimus, nisi certo constet, adeo levis animi esse hominem, ut maxime ideo peccaverit, Marchiamque elegerit, quod ibi rigidiorem poenam timere non haberet; tunc enim recte gravius in eum animadvertent Leges, nec solum capitum, sed & si quæ gravior videbitur, eum afficiant poena. Carpz. Pr. 188 Cr. Q. 54. n. 47. At vero quid si, qui in Marchia adulterium commisit, in Saxonia, seu, qui in Saxonia istud perpetravit, in Marchia capiatur, secundum quænam statuta loci, in quo deliquerit, an in quo captus forumque sic fortitus, erit puniendus? & credimus, statuta loci delicti, seu si nulla specalia fuerint, jus commune esse sequendum; ita ut, qui in Marchia deliquerit, & in Saxonia captus punitur, non capitum poenam, sed dictari sicutam in Marchia, sentiat, & contra, qui in Saxonia deliquerit, & in Marchia captus punitur, non relegatione vel fustigatione, sed poena capitum afficiatur, uti eleganter tradit Carpz. in Pr. Cr. P. II. 54. n. 50. & 55.
- 189 Quid vero, si Delictum aliquod non est Juris communis, sed Statu-

Statutariorum saltem, seu quod haec vel ista Resp. saltem notavit; e. g. singamus, furtum non esse Delictum Juris communis, (quid enim interest, verum factumne afferamus casum, dummodo id, quod intendimus, eo obtineamus, cum & sciamus ex veteri Historia apud Lacedæmonios non habitum fuisse pro delicto furtum,) sed Gallia unice Legibus prohibitum: jam contingeret, furari Hispanum apud Gallos, queritur: an & quomodo puniendus? Quoad primum credimus, quod indu- 190
 bie sit puniendus, ex Ratione, quia pessimo incolis prævit exemplo, forte imposterum eo licentius peccaturis, si exte-
 rum nullam prouersus violatarum Legum suarum poenam subi-
 ille viderint. Quoad alterum, quomodo puniendus veniat, vi- 191
 dendum, an Legem istam Gallicam furtu prohibentem scive-
 rit, & an eosque in Gallia vixerit, ut illam non ex difficultate
 scire potuerit, quibus casibus eandem eum poenam manere arbitramur, quam Lex ista furtum committentibus indixit;
 videretur enim Legem sciens, illamque supergrediens maxime
 injurius esse in Remp. ejusque Legislatorem, ut hinc merito,
 quicunque etiam, contra Legem Reipubl. scienter peccans 192
 a Lege dictata poena afficiendus sit. At vero si quis ignarus fuerit exterus hujusmodi Legis, nec etiam copiam discendi
 eandem habere potuerit, ob angustiam temporis fortean, quo illo in loco fuit, vel etiam ob conversationem cum homi-
 nibus maxime imperitis, &c. putamus dicendum, ordinaria
 pena exterum, contra talēm Legem agentem, non afficiendū, sed saltem arbitria, cum non tam ex malitia, quam
 ex consuetudine egisse videatur. v. Bartol. ad d. L. i. C. de S.
 Trin. n. 20. in med. de Delictis, quomodo punienda, loquentem.
 Coronidis loco huic capitī subnectimus: an Statutum non so- 193
 lum Libertatem, sed & præmia dans Banūtum occidenti extra Territorium valeat? ubi breviter nos expeditus, dicentes:
 Quod; quamvis videatur parum interesse, a quoniam e medio tollatur homo facinorosus, nocivum Reip. nous; quamvis

quoque credi possit, in licita re versari illum, qui a Rep. damnatum poena merita afficeret, Contrarium tamen Dd. teneant v. *Repet. seu Comm. in varia J. Ctorum Responsa Vol. 1. repetitio-*
ne super L. fin. ff. de Jurisd. omn. J. d. ex ratione, credimus,
194 *quod, 1. quemadmodum delicta, pro quibus poena imponitur,*
saltem Remp. afficiant, illamque non egrediantur, sic nec poe-
næ executio illam egredi debeat; 2. quod non facile conser-
tiendum, ut impune quis a quoconque etiam vel offendatur,
vel occidatur: ansa enim sic præbetur hominibus itidem de-
terioris mentis, non tam ex fervore amoreque erga Remp.
facionoris hominibus illam purgandi, infidiandique damna-
to illumque lèdendi, quam partim ex privatis odiis, nonnun-
quam etiam ex malitia meraque libidine alteri nocendi; præ-
cipue cum ordinaria media sint, quibus sententiam suam ef-
fectui dare queant Magistratus, orando sc. exteras Resp. quo
intra suos fines ejusmodi hominem conquerant, dictatamque
poenam ipsi infligant. 3. quoque non videtur Judex aliquis vi
L. fin. ff. de Jurisd. potuisse iis licentiam dare committendi ali-
quid, quibus nec mandare, nec interdicere quicquam poterat.
195 *Unde sequitur, Extraneum occidentem Bannitum extra Ter-*
ritorum a poena ordinaria homicidii liberum non esse, quod
Bannum dicitantes cuicunque etiam facultatem occidendi Ban-
196 *nitum dederint. At si non extraneus, sed subditus eorum,*
cui prosequendi interficiendique Bannitum facultatem dede-
runt, extra Territorium id executus fuerit? nec tunc absolu-
vendum a poena ordinaria homicidii remur, si nimirum ex-
tra territorium capiatur, deque commisso homicidio conve-
niantur, etiamsi se fundet in mandato Superiorum suorum.
197 *Quamvis enim parere ipsis posset intra eorum Territorium,*
sic tamen egresso illud absurdum ista obedientia patrocinari haud
potest, dum mandatum eorum se non porrigebat extra Ter-
198 *ritorum. Hoc tamen communiter addunt Dd. præmium a*
Rep. facultatem occidendi dante propositum a quoconque
exigi

exigi posse, ut sic casus sit, ubi quis ex eodem facto & præmium capit, & poenam subire necesse habet. arg. l. 1. ff. de his,
quaæ ut indig. &c. l. 2. f. 7. ff. O. I.

CAP. IV. ET ULTIMUM
DE
ACTIBUS JURISDICTIONIS, QUATENUS IL-
LI EXTRA TERRITORIUM EXERCERI
POSSUNT.

SUMMARIA.

A ccessus ad Limitationes Regulæ po- testatum Principis judicatis intra Territorium afferentis. n. 1. seq.	tanea possessionis Jurisdiictionis Conten- tio in alieno territorio exerceri pot- est. n. 29. seq.
Exemplum primum in Actibus Volunta- tario Jurisdictionis. n. 3.	Consules Nationum quarandam in alieno Territorio. n. 31.
Præter Jurisdictionem Voluntariam & Contentio non datur mixta. n. 4.	Qualem habent Angli, Hamburgi &c. n. 32.
Removetur dubium a datione Tutoris ali- isque Exemplis petuum. n. 5. seqq.	Hujus rei utilitas. n. 33.
In quo consilios Voluntaria Jurisdictionis n. 8.	Removetur obiectio. n. 34.
Ejus exemplum in Adoptione. n. 9. seq.	De Jurisdictione Academia, si ea ob ne- cessitate alio translata. n. 35. seq.
Quid circa Arrogationem? n. 11. seqq.	Quid obtaineat in Rei Vindicatione? n. 37.
Item Emancipationem & Manumis- sionem. n. 15. seqq.	Q. An Judex, qui sententiam exequi debet, illam mutare possit? n. 38. seqq.
An Emancipatio penitus abrogata? n. 17. seqq.	De negotio reddendarum Rationum ra- tione administrationis n. 42. seq.
Testamenti insinuatio & oblatio n. 19.	De furo, ubi Arrestum impositum. n. 44.
Donationis insinuatio. n. 20.	Simultanea Invisitura forum constitue- re in causis etiam non feudalibus. n. 45.
Edictis bonorum possessio, ejusque dif- ferentia a Decretali. n. 21.	Additur Ratio. n. 46.
Alia exempla hic facientia. n. 22.	Simile quid obtainet in Continentia Cau- x. n. 47.
Inter quaæ & Procuratoris Constitutio.	Exemplum ex Materia Evictionis. n. 48.
Nec non insinuatio Hypothecæ Rerum mobilium. n. 25.	Item Reflexiu verum diversi fori. n. 49. seq.
Quæ principis in his potestas, una cum transitione ad Actus Contentiose Ju- risdictionis. n. 26. seq.	Nec non personarum diversi fori, & co- peti litigii. n. 51.
Regula, que hic spectat. n. 28.	Et in Reconventione idem usus venit. n. 52.
Præter titulum Præscriptionis & simul-	Ut & in lite ob damnum ex naufragio vel incendio. n. 54.
	An Delegatio Judicis a Regula n. 1. tra- dicta excipienda? ubi diversitas Lectio- rum

106 CAP. IV. DE ACTIBVS JVRISDICTIONIS

num in L. f. ff. de Off. Praef. Urbi.		subditi sint partes.	n. 75.
<i>De loco Contractus & Delicti remissio ad praeced.</i>	n. 56.	Judex in alio territorio sententiam exequi potest.	n. 76. seqq.
<i>Citatio extra Territorium facta an subficit?</i>	n. 58. seqq.	Et debet etiam.	n. 78.
<i>Citatio per Nuncium.</i>	n. 61. seqq.	Modo sit requisitus.	n. 79.
<i>Citatio per Literas subsidiales.</i>	n. 64. seqq.	Quomodo id recte fiat.	n. 80.
<i>Citatio Edicitalis.</i>	n. 66. seqq.	Exceptiones contra Executionem ubi allegande?	n. 81.
<i>Quid Camera Spirensis circa Citationem pecuniarie habent?</i>	n. 69.	Delicta extra Territorium commissa an proprio motu Dominus Territorii punire queat?	n. 82.
<i>Privilegium de non evocando.</i>	n. 70.	Ratio affirmativa cum Distinzione tam inter Delicta.	n. 83. seqq.
<i>Quæ in Citatione, eadem in securis Judiciorum actibus obtinent.</i>	n. 71. seqq.	An homicida in loco delicti levius punitus in Territorio gravius puniri queat?	n. 85. seqq.
<i>Testimonium Peregrini.</i>	n. 73.	Conclusio.	n. 87.
<i>Deposito Testimonij coram incompetente Justice.</i>	n. 74.		
<i>Jus quandoque dicitur sine respectu an-</i>			

Diximus præcedenti Cap. quousque Statuta seu Leges Rerump. se extendant extra Territorium; hoc Cap. liberanda fides, quam n. 14. Cap. II. Disp. nostræ obligavimus: Promisimus enim, dicturos nos hic de Actibus Jurisdictionis extra Territorium valentibus, seu allatueros nos Limitationes Regulæ L. fin. de Jurisd. Quod Judici extra Territorium impune non pareatur. Ubi iterum inculcamus, Regulam nunquam omnino negligendam obliviscendamque: idem esse intra suum Territorium in non subjectos, ac extra Territorium, agere. Fallit autem 1. hæc Regula omnium maxime in Actibus voluntariae Jurisdictionis, h. e. quæ in volentes & de certo negotio consentientes solennitatis & autoritatis causa 4 exercetur Franzk. in Comm. ad Dig. Tit. de Jurisd. n. 7. Dum enim inter homines incident negotia partim voluntaria, partim contentiosa, totidem quoque Jurisdictiones nomine objectis suis respondentes sunt inventæ; neque enim tertiam speciem, seu mixtam formandam putant Scip. Gentil. Tr. de Jurisd. L. 1. C. 18. Matth. Stepb. de Jurisd. c. 13. n. 2. & Hahn. ad 2. Wesenb. Tit. de Jurisd. n. 8. vers. tertiam speciem, quam esse

QUAT. IIII EXTRA TERRIT. EXERC. POSS. 107

esse dicunt, quando nimirum actus aliquis neque Imperii, neque Jurisdictionis est, sed ex speciali lege venit, quale exemplum dicunt esse in Tutoris datione. Cui tamen respondet Dn. 5 Lauterbach, in Disp. de Volunt. Jurisd. tb. 4o quod quamvis datio Tutoris non sit actus Jurisdictionis stricte dicta, & jure majorum Magistratui competentis L. Muto. 6. §. 2. ff. de Tute. actus tamen sit Jurisdictionis late accepta, sive extraordinariae L. 1. C. de off. Prær. L. Suggestente 2. C. de off. ej. qui vic. alic. Jud. Alii tamen contrariam sententiam tuentur, ex ratione, quod 6 in ejusmodi Actibus, qualis Tutoris datio, arrogatio impuberis, L. 15. §. 2. ff. de Adopt. Si minor manumittat. §. 1. Inf. Qui & qu. ex caus. &c. causæ cognitione opus sit, hincque licet hi Actus inter consentientes gerantur, tamen non nisi apud competentem Judicem expediri debeant. B. Brunnem. in Rep. Parav. Wesenb. Tit. de Jurisd. Qu. 13. Dn. Struv. Ex. IV. tb. 68. seq. Nos, cum pro utraque sententia satis firmas Rationes 7 afferri videamus, præcipue cum & prioris sententiae propagnatores haud negent, in aliquibus voluntariæ Jurisd. actibus causæ cognitione opus esse, tutius tamen creditimus consultiusque facturos, qui ejusmodi dubios actus non nisi coram competente Judice tractent, quo inde orturæ lites impedianter præcaveanturque, donec certi quid constitutum fuerit, cuius demum fuerint Jurisdictionis. Sunt ergo Actus 8 voluntariae Jurisdictionis, qui inter volentes coram quoconque Judice, licet ipsi nulla ex causa fuerint subjecti, & ubicunque locorum celebrari possunt, per L. 36. pr. & §. 1. ff. de Adopt. L. 19. Verb. cuiuscunque Judicis. C. de Testam. L. 27. C. de Donat. Mev. ad Jus Lub. P. II. T. 1. A. 2. n. 104. Steph. de Jurisd. L. I. c. 13. n. 31. Carpz. P. III. C. 3. n. 3. & 4. ir. P. I. Dec. 64. n. 17. & Tract. de Process. T. II. A. 1. §. 3. n. 32. seqq. expresse afferens genuinam notam actuum Voluntariæ Jurisdictionis esse, ut coram quoconque, etiam alieno & incompetenti, Judice tractari & celebrari possint, neque ordinariam causæ cognitio-

N

nem



9 nem requirant. Sicque primo Actus Voluntariae Jurisdictionis elucescit ex Adoptione, utpote quæ ejus objectum audit in L. 2. pr. ff. de off. Procons. Franzk. ad Dig. Tit. de Adopt. n. 4. verb. Legis actionem habet, quod vi L. 3. de off. Procons. idem est, ac habere Jurisdictionem Voluntariam. Cum enim meræ Voluntatis sit adoptare aliquem, inque adoptionem transire, nullum dubium, quin & coram Jurisdictionem aliquam habente, ut extra Territorium valeat, fieri possit, arg. L. 36. ff. de Adopt. dummodo obseretur, ut adoptans 18. annis major sit adoptando per L. 40. ff. de Adopt. B. Brunnem. in Quæst. ad Wesenb. Tit. II. de Adopt. Qu. 7. Franzkius ad d. Tit. n. u. Sicque omnes sentiunt de Adoptione simplici; at vero de Arrogatione dubium videtur, an æque ad Jurisdictionem Voluntariam referri debet, ex ratione, quod in L. 15. §. 2. ff. de Adopt. cognitione opus esse dicatur, nimirum ut introspectis probeque comparatis facultatibus adoptandi, & ejus, qui adoptare vult, æstimetur, an salubris pupillo Adoptio possit intelligi. l. 17. §. 2. eod. ne sc. sub colore sanctissimi affectus Adoptans adoptandi seu arrogandi bonis immineat. Quæ etiam causa est, cur Tutor seu Curator pupillum suum minorem ave, antequam Tuteela exivit, vel ille Rationes reddidit, arrogare nequeat, ne sc. ideo adroget, quo se a reddendis Rationibus liberer per d. L. 13. pr. Franzk. d. l. n. 14. Hinc & maxime videndum, cuius vita sit, qui pupillum in familiam vult redigere: aliquando & satisdatio est exigenda ab Arrogatore, si nimirum pauperior ditior rem adoptet, quod sine satisdatione prorsus non admittitur, licet vita sobrietas in Arrogatore affectioque honesta clara sit 14 cognitaque. §. 4. & §. s̄pec. L. Satisdationem vero exigere non voluntariae Jurisdictionis esse putamus. Verum hisce non obstantibus Dd. Arrogationem itidem coram quoconque Magistratu, hincque & coram illo, qui Legis actionem habet, fieri posse affirmant. Brunnem. in Repet. Paratil. Wesenb. Tit. de Adopt. Q. 13. Franzk. ad eund. T. Dn. Lauterbach. in Disp. de Jurisd.

Jurisd. Volunt. ib. 40. ob rationem puto, quod prævia hæc causa cognitionis inter volentes consentientesque fiat, haud inter contradicentes. Quæ etiam ratio est, cur in Emancipatione 15 Impuberis, nec non manumissione a minore 20. annis facienda, licet causæ aliqualem cognitionem requirant, per §. 4. & seqq. *Inst. Qui & quib. caus. manumitt.* idem afferant, affirmantque. *Quoad manumissionem enim a Majorenri quæ 16 fit, si servum per Vindictam apud Magistratum liberum pronunciaverit, nulla prorsus causæ cognitione opus est, hincque illam coram quocunque Judice fieri posse facilius probatur;* L. 2. ff. de off. Procons. *Quod etiam in Emancipatione, qua Liberi volentes non contradicentes, a Parentibus voluntibus de patria potestate dimittuntur, verum manet, quod sc. idem aetius apud Judicem, qui Legis actionem habet, celebrari possit, cum non nisi inter volentes fiat,* §. f. *Inst. Qz. Mod. Jus pat. por. &c. L. Non potest 3. ff. de Adopt. L. Nec Avis 4. & seq. C. de Emancip.* Et quamvis hodie rarissimus Emancipationis usus esse soleat, cum teste *Carpz. p. n. C. 10. D. 1. uti & in Vol. Disp. Histor. Pol. Jurisd. Disp. de Jure Foem. sing. Dec. 1. Pos. 2. n. 15.* in foro Sax. præprimis vel separatio vel secessio Liberorum a Patris Oeconomia, quando sc. separatim habitare incipiunt, & propriam Oeconomiam ac rem familiarem instituunt, emancipationis loco sit, v. *Mev. ad Jus Lub. L. 1. T. 3. n. 24. Franzk. Tr. ad L. Gallus. Disp. 1. Membr. 3. n. 22.* inde tamen male insertur cum *Sim. a Græneweg. Tr. de LL. abrog. ad L. 3. C. de Emancip.* quod prorsus hodie non obtineat, cum & *Bocerus adhuc exemplum Judicialis Emancipationis referat Clasf. 1. Disp. 13. ib. 29. allegante eum Dn. Lauferbach. in Disp. de Volunt. Jurisd. ib. 34.* Neque est, quod ideo arbitremur, aliquem in Saxonia judicialiter emancipare non posse, quia sapientius communiusque per separatæ Oeconomiaæ institutionem Liberi a Patria potestate exire solent.

Aliud exemplum voluntaria Jurisdictionis est in *Testa. 19
menti*

110 CAP. IV. DE ACTIBVS JURISDICTIONIS

mentis insinuacione & oblatione; nec enim hic aliud Judicis officium est, quam ut Testamentum sibi oblatum esse in Acta referat; nec aliud pars offerens agit, quam ut Judicem adeat, petatque, quo Testamentum accipiat, illudque factum Actis inscribat. v. Mev. ad Jus Lub. L. ii. Tit. i. A. 2. n. 104. Berlich. P. iii. Concl. 3. n. 42. aliquique innumeris, in primis vero Carpz. P. iii. C. 3. D. 13. n. 2. ibi: Parum refert, an Judge competens habeatur: quia Testamentum coram quoque Judge non solum competente, sed etiam incompetente, modo Jurisdictionem habeat, confici, Actisque publicis insinuari potest, per L. Omnium. 19. verb. cuiusunque Judicis. C. de Testam.

20 Nec causa subest, cur aliud in insinuacione Donationis 300. Solidos excedentis statuamus, cum eadem ratio pro hac, quæ pro oblatione Testamenti, militet. Berlich. P. ii. D. 157. n. 26. Steph. de Jurisd. L. i. C. 13. n. f. Ruland. de Commiss. P. IV. L. 2. C. 17. n. 42. Carpz. P. 2. C. 12. D. 18. n. 1. verb: Absque dubio insinuatio Donationis actus est voluntaria Jurisdictionis &c. & n. 3. valeat inde quoque Donationis insinuatio, facta coram quoque Judge, etiam cui Donator non est subiectus, nec res donata subest, quia ex mera donationis voluntate conficitur. L. Data. 27. in f. L. In bac sacratissima 30. C. de Donat.

21 Eodem refertur Edictalis Bonorum Possessio, h. e. quæ ex Edicto Prætoris tanquam jure ordinario certo personarum generi proposita est, veluti Liberis Legitimis, & Cognatis (non Decretalis, quæ extra ordinem causa cognita a Prætore adjudicatur, de qua z. z. ff. de ventre in possess. mitt. & de Carb. Ed. quæ magis contentiosæ Jurisdictionis esse videtur) quæque sine causæ cognitione, sine lite & contentione volenti & pertinenti datur. L. i. pen. & ult. C. qui adm. ad bon. poss. Steph. L. i. de Jurisd. C. 13. n. 6. Frarzk. in Comm. ad ff. T. de Jurisd. n. 9.

22 Denique, ut per compendium dicamus, Transactionem super alimentis in Testamento relictis arg. L. Cum bi 8. ff. de Transact. Steph. de Jurisd. L. i. C. 13. q. 25. Prædiorum, quæ Minorum

QUAT. IIII EXTRA TERRIT. EXERC. POSS. III

norum sunt, alienationem Steph. c. I. *Prolium unionem, Carpz.*
de Pro. T. II. A. i. n. 39. & L. V. Rep. 6. n. 16. Licet aliquam
causæ cognitionem requirant, inter voluntariae Jurisdictionis
actus referunt. v. D. Lauterbach de vol. *Jurisd. tb. 40. & passim.*
Sic & putamus, *Procuratorem posse aliquem constitui coram 23*
quocunque Judice. e. g. habeo negotia expedienda *Romæ, Florentiæ*, ubi habito, adeo Judicem ac coram ipso expono,
esse voluntatem meam, ut *Mavius omnia negotia mea pro-*
cureret Romæ; & creditimus, illum *Procuratorem* æque admit-
tendum esse, quam, qui *Mandatum in scriptis* habet, vel qui
ad *Acta est constitutus.* Sufficit enim *Romanò Judici* de certa 24
voluntate mea nullum dubium remanere, locoque *Mandati,*
in scriptis *Procuratori* dandi, esse autoritatem *Judicis Florentini,*
coram quo, quæ mens mea esset, exposueram.

Ultimo & *insinuationem hypotheca Rerum immobilium*, quæ 25
hodie in multis locis est necessaria, haud inter actus conten-
tiosos, sed voluntarios referendam testantur *Carpz. P. i. Disp.*
64. n. 17. & Ipr. Fr. P. n. C. 23. D. 21. n. 2. &c.

Hæc vero de Voluntaria Jurisdictione dicta sufficiant, cum 26
satis probatum dederimus, ejusmodi Jurisdictionis actus ne-
scios esse tam angustoram limitum, ut non quandoque fines su-
os egreditur, secundum communem Dd. sententiam opinio-
nemque. Neque prolixe ea, quæ jam diximus, applicamus ad 27
Principem: quemadmodum sc. coram illo ejusmodi actus cele-
brati extra Territorium quoque effectum valoremque suum for-
tiantur; imo aliqui Actus coram illo extra Territorium consti-
tuto gesti quoque valeant, cum hæc omnia ex præcedenti-
bus satis se exerant prodantque: Verum jam ad ea pergimus,
quæ contentiosæ Jurisdictionis sunt, & in quantum ad illas perti-
nentes actus exercere queat, inquirimus. Videatur equidem uni- 28
versaliter hic vera esse Regula, quod quoad contentiosam Jurisdi-
ctionem *Judicis* alicuius potestas intra angustissimos limires se con-
tineat, neque unquam illos egreditur: ex ratione, quod, quemadmo-
dum secundum Dd. Jurisdictione mere passive inharet Territorio, sic
nec

nec ejus potestas, qui eam exercet, hoc in punto latior esse possit. Verum enim vero & hæc Regula suas admittit exceptiones. Ne enim repetamus, quod primo Cap. dixisse jam nos credimus, (Jurisdictionem vel praescribi posse, hincque hoc titulo deinde exerceri in alieno, vel etiam per pacta simultanea possideri, ut licet fundus ad me non pertineat, æque tamen in illo jus dicere possim, ac ipsius fundi Dominus; quo casu Jurisdictionis gradus distincti esse solent, sic ut alter merum Imperium, alter mixtum, tertius bassam Jurisdictionem possideat habeatque, seu quoque, in genere iis competente Jurisdictione, præventioni locus sit, ut ille in eo actu pro Judice sit venerandus, qui prius ad petentis supplicium citavit decrevitque, per L. 13. & 14. de Jud.) allaturi sumus certos casus Jurisdictionis contentioꝝ, qui, licet nec præscripta sit Jurisdiction, nec quoque simultanea possideatur, tamen aliquando vel extra Territorium, seu ad minimum ita, ut effectus suos extra illud protendant, exerceri possunt. Sicque primum inter subditos extra Territorium aliquando Jus dicitur vi Pæctorum, consentienteque Judice illius loci ordinario. Et hinc non raro videmus certas Nationes proprios suos Consules habere, quorum Acta æque valent inter suos, ac Magistratus ordinarii inter cæteros Cives, Tusc. Vol. 8. Concl. 32. n. 17. & 18. Exemplumque ejusmodi concessæ Jurisdictionis, ut alia loca taceamus, vel Hamburgensum Civitas præbet, in qua Anglica Natio, uti numero haud exigua est, sic non nisi ex suis Consulem habet, coram quo prima detur instantia, quicunque quotidianas lites inter eos ortas dirimat, illisque Jus 33. dicat. Nec parum utilitatis ex ejusmodi Jurisdictionis prorogatione in Remp. aliquam redundare videtur, utpote cuius cum interstet, omnium fere Nationum commercia ad se attrahere, iisque suum Statum augere, facilime id consequitur, si ejusmodi quid advenientibus, augmentibusque Commune Bonum, concedat; cum sint ingenia, quæ inique ferme, præter suo-

suorum, hominum Imperia ferant. Nec est, quod dicas, exu- 34
ere se hac ratione Remp. excelsissimo jure potestateque simul,
illamque non nisi cum sui periculo in aliam transferre: haud
enim adeo plenam Jurisdictionem concedet ordinarius Ma-
gistratus, ut ille omnia ex luctu agere, neque hic in casum
periculi manum injicere, sibique reservata Superioritate, im-
minentibus malis consulere queat.

Aliud exemplum refert Zas. in L. Extra Territorium f. 35
de Jurisd. quod, cum tempore pestis certa aliqua Academia
ad extraneum locum commigrasset, Rector, Magistratusque
Academicus a Dominis territorii, in quod venerant, impe-
traverint, ut, quo usque ibi commorarentur, inter Studiosos
suos judicare possent. (Quod idem juris huic Academæ ra-
tione Civitatis Fursenwaldensis competit, cum enim eo pestis
tempore se conferre soleat, mox ibi Jurisdictionem in Mem-
bra Academica exercet, ut factum audivimus Anno 1656.)
Regulariter enim illis hoc non competit, cum extra Ter- 36
ritorium, & de facto judicatoris impune non parvissent Stu-
diosi; unde et idem addit, impetrata ista temporaria Juris-
dictione Studiosos omnes de novo Magistratu suo jurare o-
portuisse. Iterum inter subditos, vel etiam non subditos jus 37
aliquando dicitur de bonis extra Territorium litis: e. g. esto
casus in Rei Vindicatione; convenio aliquem Roma habitantem
actione Reali ob Bona sub Florentino Judice sita: jam cum e-
lectionem habeam, Reum seu coram Domicilio, seu coram rei
sita Judice actione pulsandi per gl. ad l. f. C. Ubi in rem actio,
egoque Domiciliū Judicem eligam, hic quoque absque dubio
in lite super bonis, licet extra suum Territorium litis, pro-
nunciabit per d. gl. hoc tamen observato, ut Judge rei sita
sententiam ab illo Judice prolatam executioni mandet, per
eand. gl. Ubi questionem inserimus, an ille Judge, qui senten- 38
tiam exequi debet, illam mutare possit? & videtur forte distin-
guendum esse: an justa fuerit, an secus; illo casu, quod non,
hoc,

114 CAP. IV. DE ACTIBUS JURISDICTIONIS

- 39 hoc, quod mutare licet. Verum generaliter putamus, integrum non esse Judici, sententiam ab alio dictam mutare, cum illi non cognitio causæ, sed mera executio nostro casu 40 competit. Et licet opponas: contra conscientiam agere Judicem, qui injustum aliquid novit, neque illi tamen obstat; Respondeo tamen, vel appellandum a parte lœsa ad Superiorem istius judicem, a quo prior sententia lata, vel si appellationis fatalia præterlabi præmisserit, sibi imputare debere partem condemnatam, quod jure pro se introducto usa non fuerit, & sic nullo modo sententiam ab uno latam ab altero mutandam esse; quæ etiam ratio est, quare Jus Romanum permittere noluerit, ut ab executione detur appellatio per L. ab executione s. C.
- 41 quor. app. non recip. L. 4. ff. de Appell. Hoc quidem credimus, posse Judicem, si maxime iniquam viderit sententiam, vel etiam partem lœsam majus damnum, quam civile est, incurrere, executionem differre, totumque in eo esse, ut vel sententia a priore corrigatur, vel omnis Processus ad se devolvatur; Imo in jure nostro injunctum videmus judicibus, ut, quamvis a Principe ipsis sit demandata executio tantum, & non cognitio, tamen de veritate precum inquirere debeant. L. 4. C. si contra jus vel ut. publ. Quamvis unusquisque hic advertat ex facili, multum interesse, an per Rescriptum demandata executio, ubi cautius executori procedendum, cum facile per sub- & obreptionem rescripta impetrari possint; an vero per sententiam, prævia causæ cognitione. Dn. Brunnemann, Comm. Cod. ad d. L. 4.
- 42 Adhuc alii casus sunt, ubi quis non subditus forum sortitur, quale exemplum est in reddendis Rationibus de negotiis administratis, ratione quorum non nisi in loco gestæ administrationis conveniri aliquem posse, nisi ibi non reperiatur, volunt Dd. per L. 1. C. ubi de Rat. ag. Berl. Dec. 273. Carpz. L. 43 n. Resp. 33. &c. Imo eousque id aliqui extendunt, ut de ejusmodi administratione in loco domicilii conventus, judicium illud

QUAT. ILLI EXTRA TERRIT. EXERC. POSS. 115

illud Exceptione Fori incompetentis declinare possit. per d. L.
1. C. ubi de Rat, L. 45. ff. de Jud. L. 51. §. 1. ff. de Proc. Carpz. d.
L. Resp. 33. v. Dn. Struv. in Jurispr. Rom. for. L. IV. T. 4. Apb. 7.
Ubi Apb. 8. idem testatur, per impositionem Arresti itidem fo- 44
rum constitui proque sua sententia Dn. Mev. allegat in Tr. de
Arresto C. 15. Porro Apb. 9. addit, quod ex usu nonnullorum 45
Judiciorum simulanee investiti etiam alibi degentes sint subje-
cti Jurisdictioni Domini feudi in causis feudum non concer-
nentibus; vel etiam ex eadem consuetudine Vasallos, a qui-
bus & juramentum fidelitatis & subjectionis simul exigitur, li-
cet illi alibi domicilium habeant, actionibus quoque in per-
sonam coram illo feudi Domino posse conveniri, suffragante
Carpz. L. VI. Resp. 15. &c. Et quid mirum? cum se submette 46
re Jurisdictioni, suoque favori renunciare, res ab initio, do-
necque tertio jus aliquod quæsum, mera voluntatis sit; quis
enim me prohiberet stipulari cum Judice de me, quotiescum-
que coram eo accusatus convenirer, ipsi sistendo amplecten-
doque ejus judicio? dummodo id non faciam in præjudicium
ordinarii mei Judicis, cuius respectu beneficium instantiarum
æque hodie, ac intuitu partium, favorable est.

¹⁵⁰ *Continentia causæ quoque coram hoc Judice tractatæ* facit 47
quandoque, ut, licet diversam alias Jurisdictionem agnoscen-
tes, coram illo stare teneantur. t. t. ff. *De quib. rebus ad eund.*
Jud. eat. h. e. Quando negotia causæque inter se ita colliga-
ta quasi cohærentesque sunt, ut separari nequeant, sed uno eo-
demque judicio terminandæ veniant, per L. Nulli 10. C. de Jud.
Exemplum autem illustrissimum, ubi quis ratione Continen- 48
tia Causæ in alio, quam in suo, foro stare tenetur, est in L.
Vendor 49. ff. de Jud. ubi Vendor ab Emptore denunciatus,
ut eum Evictionis nomine defenderet, non potest privilegium
sui Judicis habere, nec item ab eo Judice, apud quem res in-
ter Petitorum & Emptorem copta est, ad suum Judicem revo-
care, sed tenetur Emptoris Judicem sequi L. 1. C. Ubi in rem actio,
& Dd. v. Mindan. de Proc. L. III. C. 5. n. 20. Qui & materiam de
cœlo mortuorum in aliis sibi regnibus habet. Oea. M. G. C. A. Conti-
nentia



116 CAP. IV. DE ACTIBVS JVRISDICTIONIS

tinentia causarum toto d. L. fusissime æque ac elegantissime
 49 tradit, demonstratque, ut pauca attingamus, I. Connexitatem
 causæ, respectu Rerum diversi fori; e. g. si actione reali vel per-
 sonali in rem agam, quæ diversis Jurisdictionibus, forte duo-
 bus Principibus Imperii, sit subjecta, tunc non ab uno ad alium
 Iudicem, pro locorum, ubi res sitæ sunt, distantia, transeun-
 dum esse, sed ne connexitas causæ dividatur, Partesque diver-
 sis Instantiis fatigentur, Superiorum omnium Iudicem adeun-
 dum vult Mindanus, ab eoque expectandam sententiam, per d.
 L. Nulli io. C. de Jud. ad eamque Dd. per t. t. de quib. reb. adeund.
 Jud. Mind. d. L. 3. de Proc. C. 3. n. 4. Gail. Lib. i. Obs. 32. n. 5.
 50 Eset vero hoc casu, quando res sub duobus Principibus sitæ
 una actione peterentur, omnium Superior Iudex Imperator,
 nomineque ejus seu judicium aulicum, seu Camera Imperii,
 quæ judicia concurrentem habent Iurisdictionem. Blum. in
 51 Proc. Cam. T. 25. n. 41. It. II. Connexitatem causæ respectu per-
 sonarum diversi fori Mind. d. L. C. 4. III. Continentiam causæ
 ratione capi litigi, ex ratione, quod judicium mutare non
 licet per L. Ubi acceptum 30. ff. de Jud. Gail. L. 1. Obs. 32. n. 6. Mind.
 c. l. c. 5. ad quem brevitas causa B. L. remittimus.
 52 At hoc non omittendum, Reconventionem quoque id præ-
 stare, ut quis ab illo Iudice sententiam acceptare teneatur, co-
 ram quo alias suum haud sortiebatur forum. h. e. postquam
 actor reum convenit, hic beneficii loco habet, ut, si
 Actorem vicissim actione pulsare & reconvenire velit haud o-
 pus habet ordinarium Actoris Iudicem adire, sed statim hoc
 facere possit coram illo judece, coram quo ipse conventus fuit;
 ex ratione, quod cuius in agendo quis observat arbitrium, illum
 & contra se habere Iudicem non digneatur, in L. Cum Papinianus.
 53 14. C. de Sent. & Interloc. Mind. L. III. de Proc. C. 6. n. 2. Neque
 poterit Actor ulla vel fori præscriptione, vel privilegio se tue-
 ri, ne eundem Iudicem habeat, cum & Clericus coram Iudi-
 ce Laico possit & debeat reconveniri, si prior Laicum conve-
 nit Barol. in Autb. Consequenter. n. 19. C. de Sentent. & Interloc.
 Mind. c. l. 9. modo ipsa causa ita comparata sit, ut coram alio
 Iudice

Iudice tractari possit, qualis non est causa feudalis, matrimonialis, reliquaque, quæ sui natura consistoriales sunt. Vo-⁵⁴
lunt etiam in L. 7. ff. de Incend. ruina, naufr. &c. casum esse, ubi
quis inter non subditos jus dicere queat, ob favorem, quo
naufragium perpesti digni videntur. v. Repetit. Sebas. Sapic. in
L. f. ff. de Jurisd. in L. Repetitionum seu Commentar. ad Ictorum
Responsa Volum. 1. Gloss. in d. L. fin. in verb. remittatur.

Hi circa circiter erunt casus, in quibus Iudex vel inter 55
subditos extra Territorium, vel inter non subditos intra Ter-
ritorium potestate sua utitur. Quam enim exceptionem Re-⁵⁶
gulae, quod extra Territorium mandanii recte non pareatur, ali-
qui addunt in actu Delegationis (sic ut, licet ipse Iudex non
possit extra Territorium pronunciare, bene tamen Delegatum
Iudicem facere possit, qui ibi judicet, per L. f. ff. de off. Praef.
Urbi, qui Praefectus Urbi, cum exierit Urbe, potestatem non
habet, & tamen iubere potest, ut judicetur. Gloss. in L. 3. in
f. ff. de off. Praef. Zaf. in Repet. ad L. f. ff. de Jurisd. Vol. I. Re-
pet.) illam, cum absque ratione videatur esse, vereque mira-
bilis, cum nemo plus in alterum transferre possit, quam ipse
habet, nostram non facimus, præsertim, quod, teste Gorbofr.
ad text. illum L. f. de off. Praef. Urbi, loco verborum extra Ur-
bem alii legant nec extra Urbem, alii, loco vocab. extra, in-
tra Urbem, qua ratione absurditas prædictæ exceptionis cor-
rigetur. Quod locus Contractus seu Delicti in genere id ope-⁵⁷
retur, ut, licet alias non subjecti, inde tamen forum ibidem
fortiantur, propterea hic non repetimus, quia ex præc. Cap.
id satis eluet, semelque dictum abunde sufficit.

Restat, ut de specialibus aliquibus Iurisdictionis actibus 58
dicamus, primumque de Cipatione, utpote quæ fundat Iudi-
cium ratione Iudicis, dum illam decernit; ratione Partis, dum
insinuatam accepit. Est vero maxime huc spectans quæstio: 59
an quis extra Territorium sine subditalibus citari possit? e.g. con-
venitur Marchicus Civis, sed jam ad tempus extra Marchiam
degens, in suo foro, nec non ad comparendum Iudex decer-
nit

o 2

118 CAP. IV. DE ACTIBUS JURISDICTIONIS

nit citationem, quæritur, an ad hanc citationem se sistere debat, seu, dum non comparet, contumax declarari possit? Et pro Negativa videtur esse, quod citare in alieno Territorio Iurisdictionis aliqua sit violatio; quod subditus ad illud tempus, quo extra locum domicilii vivit, alterius Iudicis, in cuius Territorio haeret, potestati se subdidisse censeatur, hincque ob hujus habilitatem illum priorem inhabilem incompe-
 60 tentemque fieri. At fortiora argumenta sunt pro Affirmativa
 61 sententia. Nec enim violare est Jurisdictionem, per nuncium aperire subdito, item super hoc negotio motam esse, hincque, si salvum veller, ipsi comparendum; præprimit, cum ejusmodi denunciatio nudum ministerium executionis sit, non Iurisdictionis, per L. Omnes 33. s. 5. vers. Verum si Apparitor.
 C. de Episcop. &c. Cler. L. Item veniant. 20. §. petitam, n. ff. de Pet.
 62 Hæred. Gail. L. I. Obs. 56. n. 2. Neque etiam subtrahere se posse subditum Iurisdictioni Iudicis sui domicilii, ubique etiam haeret, cum ubique sit subditus, obedientiam fidemque suo Domino debeat, probat Merv. P. VII. D. 308. n. 3. ab eo-
 63 que citatus Jason aliquie Gail. d. L. I. obs. 56. n. 8. Neque etiam proprii subditi evocatio ex Territorio alieno multum seu tantum præjudicij habet, quantum non subditi, quod tamen æque necessarium aliquando est; ponitque Gail. tres Causas, quibus fieri possit, primum Citationem istam per nuncium, de qua modo diximus, quæque effectum producit, ut in contumaciam citati emanentis ad immissionem bonorum procedi possit.
 Gail. d. I. n. 4. B. Brunnem. in Proc. Civ. C. 3. n. 16. qui etiam n. 17. addit, primum hunc modum non habere locum, ubi quis ratione Contractus, C. 1. s. Contrahentes. de foro comp. in 6. Gail. L. II. obs. 36. n. 14. citandus sit, sed obtinere solum in citando peregrino, ubi vel ob Bona ibi sita conveniatur,
 64 vel ubi bona arrestantur &c. Alter modus, quem Gail. proponit L. i. obs. 56. n. 5. est, quando Judex Rei sitæ e. g. Judici alterius Territorii, in quo citandus vel domicilium habet, vel alias haeret, Literas mittit, quibus significat, conventum esse Reum ex hac vel illa ratione, ro-
 gare-

gareque se, ut jubeatur subditus in hoc judicio comparere,
 cum clausula, se in pari causa paria facturum, nec deberi hoc
 fraudi esse Jurisdictioni alterius Judicis. *Carpz. de Process. T. VII. A. 3. n. 7.* Hicque modus frequentissimus esse solet, & 65
 quissimumque videtur, cum sic alterius non violentur Jura, &
 quisque tamen delinquentem, vel alia ex causa conventum e
 peregrino Territorio, Bona cum ipsius Domini pace, extra-
 here possit. Quod si tamen metus, ne alter Judex ad ejus- 66
 modi preces duriorem se exhibeat, nullaque motus justa ra-
 tione non solum id perenti Judici deneget, sed & desuper
 citatum peculiari Decreto comparere prohibeat, tunc tertius
 a Gailio propositus modus adhuc restat, quem ille etiam tu-
 rissimum dicit tam in Civilibus, quam Criminalibus, *Edictalis*
 nempe *Citatio*, h. e. quando non reperti, extra Territorium,
 per Edictum in trium Dominorum Territoriorum affigendum,
 sub forma confiscationis Bonorum, in Territorio citantis si-
 torum, citantur vocanturque *d. L. i. obs. 56. n. 8.* Hæc ve- 67
 ro *Citatio de Jure communis fieri tantum debet in casibus ne-*
 cessitatis, quando videlicet alio modo quis citari non potest.
 Casus autem, in quibus *Citatio* permitta, videre licet passim 68
 apud Dd. præprimis apud *Gail. L. i. obs. 57. n. i. seqq.* Hoc 69
 non omittendum, *Cameram Spirensim* habere jus per totum
 Imperium citandi subditos sine subsidialibus *arg. L. 33. S. 3. C. de*
Episc. & Cler. vi cuius Judex Superior inferioris Judicis vel
 Vasalli subditos, eo non requisito, citare potest. *Rauchb. P. i.*
Q. 13. n. ii. Carpz. Proc. T. 7. Art. 3. n. 22. Brunnem. in Proc.
Civ. C. 3. n. 15. Dummodo hoc observet, ne illorum subdit 70
 citentur, qui privilegio de non evocando gaudent. v. hujusmo-
 di privilegii exceptiones in *Mind. de Proc. L. III. C. 3. M. 7.*
 Citationem insequuntur careri Actus Jurisdictionis; qui enim 71
 cum effectu citare potest, ille etiam cætera peragere valet, que
 ad dijudicandum negotium pertinent. Sic post litis factam 72
 Contestationem Cautiones poterit exigere de *Judicio sibi*, de
Judicatum solvi &c. item *probationem* poterit injungere, *instru-*
menta

120 CAP. IV. DE ACTIBUS JURISDICTIONIS

enemus intropicere, Testes admittere, repudiate, audire, & si
 73 milia. Quod si peregrinus aliquis deponere debet, falsum
 que profert testimonium, æque recte a Judice punietur, ac si
 verus subditus esset; dum enim falsum testimoniū agit, delinquit,
 delinq̄bendo vero istud forū sortitur competens, in quo pec-
 74 cavit. Ubi & hoc addendum, prorsus aliquando coram in-
 competentē Judice examinari posse testes, ne quidem Parte
 alterā citata, si hoc præsens necessitas, periculumque mortis
 testis postuleret, per L. f. C. de Test. Bartol. in L. Admonendi. 37.
 M. 4. ff. de Jurejur. Gail. L. I. Obs. 23. n. 4.
 75 Tandem etiam, ut maturemus, inter partes, sine ratio-
 ne, an subditi sint, nec ne, sententiam dicere, Jusque pronun-
 ciare potest, quæ potestas simul infert, ut pro ratione Circum-
 stantiarum rerumque penam dictare, nec non executioni
 76 dare possit. Quod si jam pars condemnata debitam Rei
 judicata paritionem præstare nolit, e. g. debitum Creditori ad-
 judicatum solvere, neque bona seu mobilia, seu immobilia,
 seu nomina (hoc ordine enim executio facienda secundum
 L. A Divo Pio 15. ff. de Re jud. B. Brunnem. Proc. Civ. C. 29. n.
 25. Carpz. de Proc. T. 25. A. 2. n. 12.) sub hoc Judice, qui tu-
 lit, habeat, illius Territorii Judge adeundus est, sub quo bo-
 na possidet, requirendusque, quo sententiam pronunciataam
 executioni mandet. L. 1. ff. de Reb. aut. Jud. poss. L. cum unius.
 j. qui possidere. eod. Mind. de Proc. L. II. c. 55. n. 17. Mev. P. VI.
 D. 202. Ex quo apparat, rei judicata auctoritate etiam ex-
 tra territorium se extendere, nec Judicem illius loci, ubi res
 degit, vel bona possidet, imploratum denegare executionem
 posse. Et hoc quidem non vi Jurisdictionis illius, qui senten-
 tiam tulit; sed ob mutuum illud inter diversa Territoria vin-
 culum, quod exigit, ut iustitia utrinque promoveatur, & ne
 hi, qui in una Provincia juste condemnati, in alia Provincia
 impunitatis, & ita insimul iustitiae consequantur asylum.
 77 Hoc in genere hic notandum, Ecclesiastica Judicia semper
 seculare brachium de execunda eorum sententia requirere
 necesse

necesse habere. *Gail.* L. i. obs. n^o. 6. *Mind.* c. l. quod præsertim obtinet, si Judex Ecclesiasticus ex prorogatione contra Laicum sententiam dixerit; cum Episcopus quoad Laicos nullum habeat territorium. *Barbos.* ad L. i. obs. 5. n. 30. ff. de judic. *Dn.* Brunneman. *Comm. Cod.* ad L. 8. n. 7. de Episc. aud. Nec denegare poterit executionem auxiliumque Judex Territorii, cum una Index Territorii, cum una Iurisdictio per alteram sit adjuvanda. *C. quoniam.* I. X. de off. Jud. Ord. *Gail.* L. i. Obs. n^o. 5. n. 2. *Mind.* d. l. Id tamen observandum, Iudicem hunc non recte requisitum, alterius Iudicis sententiam sine nullitate exequi haud posse. *Mynsing.* L. III. obs. 68. Est vero non recte requirere, si Pars Vicaria sales, quo exequatur sententiam impetraverit, hoc enim non potest, nisi novam notionem ibi instituere velit. *Mev.* P. VI. D. 202. *Brunnem.* Proc. Civ. C. 29. n^o. 9. Sed necessario per subsidiales vel Mutui compassus litteras a ferente sententiam Iudice ad illum, qui exequi debet, hoc fieri necesse est: Quibus literis pariter opus est, si Index Ecclesiasticus brachio seculari opus habeat; quamvis enim Index Laicus cum Ecclesiastico in eodem degat Territorio, tamen sunt in distincto Territorio Iurisdictionis. *Barbos.* ad L. i. Artic. 5. n. 32. ff. de jud. Unum adhuc querendum est, coram quo exceptiones contra Executionem afferenda, illo, cui exequendum est, an eo, qui sententiam pronunciavit? & respondemus regulariter coram hoc postremo Iudice exprimendas. *Gail.* L. i. Obs. n^o. 7. multique ab eo allegati; ubi tamen addit n. 8. tales, quæ post sententiam apponi possunt, nec illam oppugnant, uti Exceptio compensationis &c. ab illo audiri, de qua insidem cognosci posse.

Colophonem tandem huic labori imposituri, questionem adjungimus, an delicta a subdito extra Territorium commissa, proprio motu hic puniri possint? quod ex parte affirmandum credimus. Quamvis enim pena ideo regulariter infligatur, quia deliques in LL. peccavit ac Reip. ille vero, qui extra Territorium delinquit, hunc suæ Reip. statum non laedit, nihilominus Reip. interficit, non refertam esse impiis

122 CAP. IV. DE ACTIBUS JURISDICTIONIS &c.

- impiis subditis, æquum erit, ejusmodi hominem, si tale delictum commisit; quod ex Lege Divina non est capitale, uti furtum, ejicere e suo
84 Territorio, exterminareque; si vero ejusmodi crimine se polluit, quod S. Codex pena mortis correctum voluit, quodque natura capitale est, uti homicidium, eandem penam sentire debet: hocque postremum, ut sic delinquens, licet & non subditus, semper ac ubique puniri possit, coram quoquaque etiam Judice notitiam ejusmodi delicti admissi habente, rationem haber; I. quod tale delictum est contra Ll. Divinas naturalesque, qua toti generi humano communes sunt, hincque violans eas ubicunque peccasse credendus; II. quod statum humanum 85 evertat, cui obviare cuicunque Magistratui incumbit. An vero homicidia a Judice delicti levius ob crimen punitus hic iterum capigraviorique ac pena ordinaria affici poterit? & regulariter quidem non licet alteri ab uno Judice astantia immutare, nisi notorie injusta sint, vel principale interesse habeat hæc Resp. quod ille Judge non curavit; in hoc tamen casu seu delicto homicidii putarem recte gladio puniri, quem non Circumstantia concurrentes, sed mera gratia Judicis illa 86 pena exemit. Est enim illa pena divinitus dictata, quam augere exacerbareque, (non minuere, nisi ex summa ratione) pio Magistratui licet.
- 87 Quibus ita per compendium dictis, potiusque, ut alii cuiquam salivam moveremus assumendi hanc materiem pleneque tractandi, quam ut vel crederemus illi a nobis satisfieri posse, vel etiam animus est diutius ipsi inhærendi, postquam in tot paginas excrevit Disputatione nostra: Devotas ad D E U M elevamus manus, totos nos ipsimanicipantes pro uberrima ejus gratia, qua nobis hæc elaborantibus semper adfuit, nuncque sub finem adest benignissime, aderique perpetuo; qui & preces ad Te addimus L. B. quo laborem hunc, primum nostrum ausum, haud severa fronte perstringere velis, sed potius boni consulere, si hinc inde sepiusque forte an erratum videris; non enim perfecti aliquid absolutique a nobis expectare debuisti.

F I N I S.

ON A 6621

ULB Halle

3

003 092 399



VD 18

VD 17

OTTON
LIB. BA


SAMVELIS

C O M . P A L . C A E S .
D R I N A P R

IVS P

TER
Das Recht
außerhalb

LITERIS EPHRA
ACADEMIA



Farbkarthe #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

(15)